# PROGRESSUS IN UTROQUE JURE, PER DISCURSUM CANONICO-CIVILEM DEMONSTRATUS

## DE *JUSTITIA AC JURISPRUDENTIA.*

I.

JUſtitia, particularis (*a*) præſertim, & humana, (*b*) à qua nomen Juris deſcendit, *L. 1. ff. de juſt. & jure.* conſtans ſcilicet illa & perpetua voluntas (*c*) ſuum cuique (*d*) tribuendi. *L. 10. ff. de juſt. & jure pr. inſt. eod.* vel eſt DISTRIBUTIVA, dirigens ſuperiorem in præmiis, pœniſque pro perſonæ cujuſque in communitate meritis ac demeritis cum quadam proportione Geometrica diſtribuendis, *l. 1. §. ult. ff. ad leg. Cornel. de Siccar. l. 1. 9. §. 11. l. 16. §. 3. l. 28. §. ult. l. 38. §. 2. ff. de pœnis, cap. 12. ꝟ de jurejur.* (*e*) vel COMMUTATIVA, dirigens non ſuperiorem tantùm, ſed & privatum quemvis in commerçiis adhibitâ proportione Arithmeticâ tractandis, nullâ ſpeciali perſonarum habitâ ratione, niſì forſan natura & æquitas perſonam faciat aliam aliâ in melioris juris aſſecutione potiorem, prout docent exempla relata in *lege 7. §. ult. l. 8. ff. de Pactis. l. ult. C. de Jure Emphyt. l. 1. C. comm. divid. l. 16. ff. de reb. auth. jud. poſſid. ſeu vend.*

I I.

ATque horum, aliorumque legalium exemplorum intuitu animadvertitur juriſprudentiam, quæ utriuſque juſtitiæ exercitium intendit, rectè dici artem æqui & boni. *l. 1. ff. de juſt. & jure.* nam Juris-Conſulti eſt ex bono & æquo jus interpretari, exceptionem & reſtitutionem concedere. *l. 1. §. 1. ff. de juſt. & jure. §. 3. inſt. de oblig. ex conſenſu. §. 20. 30. & 31. in fin. inſt de act. l. 16. ff. de condit. & demonſtr. l. 32. ff. de reb. cred. l. 2. §. pen. ſi quis caut in jud. ſiſt cauſ. fact.* particularibus contingentiis generalia juris præcepta accommodare. *l. 12. 13. ff. de legib. l. 2. § 18. de veter. jure enucl.* ſtricto juri præferre æquitatem. *l. 90. ff. de reg. juris. l. 4 in fin. ff de eo, quod certo loco. l. 8 C. de jud. l. 2 § 5. in fin. ff. de aqua & aquæ pluv. arcend.* (*f*) ac cogitare, non omne, quod licet, honeſtum eſſe. *l. 144. ff. de reg. juris.*



(a) Obſt. *l. 2. ff de juſt & jure. l. 15. ff. de ſerv. corrup. l. 1. §. 2. ff. de poſtul. l. 6. §. 1. ff. de off. præſid. l. 5. ff. ubi pupill. educ. deb.* (b) Obſt. *l. 2. ff. de legib. L. 1. §. 1. ff. de juſt & jur.* (c) Obſt. *l. 1. in pr. ff. de exercit. act. l. 16. §. 1. & ſeqq ff. de pœnis.* (d) Obſt. *§. 2. inſt. quib. alien. licet. tot. tit. ff. ad SC. Maced. tot. tit. C. & ff. ad SC. Vellejan.* (e) Obſt. *cap. 1. de pœnis in 6. circa fin.* (f) Obſt. *l. 1. 9. C de legib. l. 12. §. 1. ff. qui & à quib. manum. lib. non fiant. l. 19. ff. de appell. & relat. l. 11. ff. de pœnis.*

## *De Jure legali, ejuſque requiſitis.*

III.

JUS legale regula eſt à ſuperiore data inferioribus ad id, quod bonum & æquum eſt, in humanis actionibus obſervandum. Et habet ſpecies varias, quarum primæ jus Divinum & humanum. DIVINUM naturale firmum ſemper & immutabile permanet. *§ 11. inſt. de jure nat. gent. & civ.* (g) & ab hoc, quanquam in eo fundatum ſit, jus gentium diſtinguitur, neceſſitatibus potiſſimum & uſibus humanis exigentibus conſtitutum. *§ 2. inſt. de jure nat. gent. & civ.* HUMANUM jus ſivè CANONICUM, ſivè CIVILE pro locorum & temporum circumſtantiis ſæpè mutatur, & quidem valdè utiliter, ac prudenter. *cap. 24. de ſent. excom. in 6. extravag. ad conditorem Can. de V.S. Joan. XXII. cap. 8.* ꝝ *de conſang. Nov. 6.* (h)

IV.

OBligat omne jus lægle, ſivè lex, ad ſui ſcientiam, obſervantiamque. *l. 9. C. de legib.* non quidem Authorem ſuum ſivè Principem legislatorem *l. 3. ff. de legib. Nov. 105. cap. 2. in fin. l. pen ff. de recept. qui arbitr.* (i) ſed omnes verè ſubditos. *l. 10. C. de legib.* & quidem ſolos intra territorium Principis conſtitutos. *l. fin. ff. de juriſd. cap. 2. de conſtit. in 6. l. 19. ff de judic. cap. 21. de ſent. excom.* (k) Hanc tamen pro foro in- & externo obligandi vim ut lex exſerat, latam à vero ſuperiore. *l. ult. C. de legib.* juſtam quoad materiam & formam. *Can. 2 diſt. 4. l. 8. ff. de legib.* qualis etiam eſſe poteſt malum permittens. *cap. 1. & 2. diſt. 13. cap. 12. XXXII q. 7.* ac ſufficienter promulgatam eſſe oportet. *l. 9. C. de legib. Nov. 2. 32 48 in Epil.* atque tunc ſivè terminis ſimpliciter irritantibus, ſivè ſimpliciter prohibentibus loquatur circa materias legislatori ſubjectas, quidquid contra eam geſtum, actum, contractúmque eſt, ipſo jure nullum eſt etiam in conſcientia. *l. 5 C. de legib. l. 7. §. 16. ff. de pactis. cap. 64. de reg. jur. in 6.* Quamvis ipſa videatur tantum formam, certamque ſolennitatem actui præſcripſiſſe: niſì aliunde ſciatur actûs valorem in perpetuum vel ad tempus ſuſtentari arg *cap. 23. de offic. delegati. l. 21. §. 1. C. de teſtam. cap. 20. de elect. & extravag. ambitioſæ. de reb. Eccleſ. non alienand.* (l) *cap. fin eod. in 6.*

## *De reſcriptis & conſuetudine.*

V.

PRinceps poteſtate ſivè divinitus immediatè acceptâ, utì Summus Eccleſiæ Catholicæ Pontifex: ſivè traditâ ſibi per legem Regiam facultate, ſuas conſtitutiones variis condit modis, relatis tum alibi, tum in *l. 1. §. 1. de conſtit princip. & §. 6. inſt. de jure nat. gent. & civ.* Iſtiuſmodi conſtitutionum frequentiſſimum eſt reſcriptum, quod

(g) Obſt. *§. 2. inſt. de jure perſon. l. 4. §. 1. ff. de ſtatu hom. l. 5. ff. de juſt. & jure. Can. 2. XXII. q. 1. l. 14. de condict. indeb. l. 6. in pr ff de juſt. & jure. §. 6. inſt. de capit. dimin.* (h) Obſt. *cap. fin. ꝝ de offic. legati. cap. 4. XXV. q. 2.*

(i) Obſt. *l. 4. C. de legib. cap 2. diſt. 9. l. 23. ff. de legat. 3. l. 3. C. de teſtam. cap. 6. de conſtit.* (k) Obſt. *Can 2. diſt. 8. Can. 11. diſt 12.* (l) Obſt. *arg. cap. ult. de præbend. l. 19. de reb. credit. l. 1. §. 5. ff quand. appell. l. 8. §. 2. ff de procurat. Junct. l. 7. C. eod. l. 1. §. 2. ff. de appellat. l. 7. 41. ff. de condict. indeb. junct. l. 2. C. de fideicomm. & l. 16. C. de teſtam.*

quod tamen ſivè gratiæ ſit in materiis beneficialibus, ſivè juſtitiæ circa res contentioſas, inutile eſſe dignoſcitur PRIMO ſi à mendace precatore commiſſum fuerit vitium ſub vel obreptionis, etiam in uno tantum capite impetratorum. *l. 2. 4 & 5. C. ſi contra jus vel utilit. publ. l. 29. ff ad leg. Cornel. de falſ. cap. 20. de reſcript. cap. 21. & 23. de prabend in 6.* (*m*) adeò ut Judex inferior, apud quem præſentatur, vetans precum argui falſitatem ſpecialiter ſit puniendus *l. 3. C. ſi contra jus vel utilit. publ.* (*n*) SECUNDO ob diei & Conſulis omiſſionem. *l. 4. C. de diverſ. reſcript. arg. l. 1. & 3. ut lite pend. vel poſt provocat. l. ult. C. ſent. reſcindi non poſſe. l. 16 C. de tranſact. Nov. 113. cap. 1.* TERTIO obneglectam à Principe ſubſcriptionem & ſubſignationem *l. 1. C. de diverſ. reſcript. & pragmat. ſanct.* QUARTO ob oppoſitionem ad Jus. *l. 3. & 7. C. de precib. Imperat. off. arg. l. 10. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* QUINTO ob diminutionem juris tertio quæſiti. *§. 3. inſt. de his, qui ſui vel alien. juris. l. 4. C. de Emancipat. liber. & l. 7. C. de precib Imperat. offer.* (*o*) Cæterum non minorem legis favoriſque inducendi vim habet Principis in re judicialiter ventilata ſententia, quamvis interlocutoria tantum. *l. 1. ff. de conſtit. princip. l. fin. C. de legib.* (*p*)

V I.

NAturam, effectúmque conſtitutionis principalis imitatur conſuetudo, legis vigorem habens. *§. 9. inſt. de jur. nat gent. & civ. l. 32. §. 1. l. 33. 35. ff. de legib.* modò ſit rationabilis, & legitimè præſcripta. *cap. ult. de conſuetud. cap. 3. de conſuet. in 6.* nam quæ peccati occaſionem præbet, & quæ per actus peccaminoſos inducitur, vires nullas habet. *cap. 10 & ult. de conſuetud. cap. 8. & 9. de Simonia. cap. 30. de prebend. & dignit. l. 1. C. quæ ſit longa conſuetud.* ut autem cenſeatur legitimè præſcripta, ille temporis decurſus requiritur, quo favor per conſuetudinem acquirendus, aut jus per eam tollendum, viâ præſcriptionis acquiri, aut tolli potuiſſet, quod ſubinde brevius eſt, ſubinde longius, prout ex *cap. 15. de præſcript. cap. 3 de cauſ. poſſ. Can. conſuetudo diſt. 12 l. 1. C. quæ ſit longa conſuetud.* cum concordantiis eruere licet. (*q*) Sic quoque ad conſuetudinis introductionem ſubinde plures requiruntur actus, ſubinde pauciores, quin ſubinde unus ſufficit. *cap. 5. de prabend. in 6.* (*r*) nec intereſt, judiciales ſint, an extrajudiciales. *l. 38. ff. de legib. cap. ult. de conſuetud.* (*s*)

## *De hominum, rerumque diviſione.*

V I I.

LEges, ut conſtat, non brutis, quippe in quæ nequidem jus naturale propriè cadit, (*t*) ſed ſolis feruntur hominibus, quorum appellatione tam fœminas, quam maſ-



(m) Obſt. *cap. 37. de R. J. in 6. l. 34. C. de donat & l. pen. §. ult. eod. arg. §. 31. inſt de legat. & l. 72. § 8. de condit. & demonſtrat.* (n) Obſt. *l. 3. C. de crim. Sacrileg. l. 5. C. de diverſ. reſcript.* (o) Obſt. *l. 4. C de operib. publ l. 2. § 17. ff ne quid in loco publ. junct. l. 8. §. ult. ff de rer. diviſ. l 2. & 3. ne quis in loco Sacro.* (p) Obſt *l. 3 C de legib. tot. tit C. quib. res judic. non noceat. & tit. C. res inter alios acta* (q) Obſt. *l 35. ff. de legib. l. 1. C. quæ ſit longa conſuetud. Can. conſuetudo diſt 12 junct l. 11 C de præſcript longi temp. & §. 1. inſt. de uſucap.* (r) Obſt *Can 5. diſt. 5. § 9. inſt. de jure nat. gent. & civ. l. 4. C. quæ ſit longa conſuetud. l. 32 §. 1. ff. de legib.* (s) Obſt. *l. 34. ff. de legib. cap. 25. de verb. ſignif.* (t) Obſt. *l. 1. §. 3. de juſt. & jure pr. inſt. de jure nat. gent. & civ. junct. l. 4. ad l. Aquil.*

maſculos contineri, non dubitatur. *Geneſ. 1. v. 27. l. 152. ff. de verb. ſignif.* (u) Hominú autem ſivè Laicorum, ſivè Clericorum. *cap. fin. de jud. in 6. cap. fin. de ſepult. in 6.* alii ſunt ſui juris, alii ſunt in poteſtate patria, quam ſi in impuberem adrogatione acquiri, & emancipatione ex cauſa non legitima iterum ſolvi contigerit, caſus eſt quartæ Pianæ, quæ eſt ſimpliciter omnium bonorum. *§. 3. inſt. de adopt. l. 8. §. 15. ff. de inoff. teſtam. l. 22. ff. & l. 2. C. de adopt. l. 1. §. 21. ff de collat. bon. l. fin. ff. ſi quid in fraud. patr.*

VIII.

REdditur jus inter homines de rebus, inter quarum diviſiones varias praxi utiliſſima eſt ea, quâ aliæ dicuntur naturâ ſuâ mobiles aliæ immobiles. Quæ naturâ mobiles ſunt, aut juris diſpoſitione, aut deſtinatione Patrisf. immobilium jure ſæpè cenſeri debent. *l. 44. ff. de rei vindicat. l. ult. § 6. ff. quæ in fraud. credit. l. 12 §. 11. ff. de inſtr. vel inſtrum legat. arg. l. 7. & 11. C. de agr. & cenſit. l. 17. § 2. 6. 7. 8. ff. de act. empti. l. 9. ff. de peric. & commod. rei vind.* pecunia tamen à Patref. rerum immobilium emptioni deſtinata immobilibus adnumeranda non eſt. arg. *l. 58. §. 1. ff. pro ſocio. l. 41. §. 14. & 15 ff. de legat. 1.* (x) Uti neque redacta ex immobilibus. arg. *l. 48 §. ult. ff. de furt. l. 6. C. de rei vindicat. l. 7. in fin. ff qui pot. in pign. l. 12. C. de jure dot.* (y) Res aliæ, quæ in *§. 2. inſt. de reb. corpor. & incorpor.* in jure dicuntur conſiſtere, cujus generis ſunt actiones, reditus, non ſunt propriè mobiles, nec immobiles; quanquam magìs obtinuit, ut actiones, ſi perſonales ſint mobilium Catalogo, (z) ſi verò reales, mobilium vel immobilium, pro diverſitate rei, quam perſequuntur, rectè adſcribantur. arg. *l. 15. ff. de R. J. & l. 52. ff. de acquir. rer. Dom.* & reditus quod ſpectat, perſonales mobilibus, reales & mixti immobilibus adjungantur arg. *Nov. 7 in præfat. antè med. l. 14. C. de Sacroſ. Eccleſ. Clement. exivi de Paradiſo. verſ. cúmque annui reditus de V. S.* ſivè debeantur à privato, ſivè ab univerſitate. arg. *l. 26. ff. ad SC. Trebell. l. 2. ff. de reb. dub. l. 12. C. de hæred. inſtit. l. 56. ff. de uſufr. l. 21. ff. quib. mod. uſusfr. amitt.*

## *De Juriſdictione, & præcipuis ejus ſpeciebus.*

IX.

JUs redditurum oportet eſſe munitum juriſdictione, à jure dicendo ſic nominatâ poteſtate publicâ jus dicendi, vel reddendi de cauſâ. *l. 18 ff. de juriſdict. l. 1. §. 4. ff. de ſuſpect. tut.* atque iſta in ſignificato generico, prout omnes juriſdictionis ſpecies complectitur, nonnunquam notio dicitur. *l. ult. in fin. ff. de oblig. & act. l. 8. §. 1. ff. de tranſact. l. 1. §. 4. de offic. præf. urb. l. 10. ff. de offic. præſid.* competens cum decernendi, exequendivè poteſtate, ſivè ordinariâ, ſivè lege datâ. *l. 7. §. ult. l. 8 9. ff. de offic. proconſ. & leg. l. 1. ff. de offic. ejus, cui mand. eſt juriſd.* licet aliàs in rigore ſeparationem recipiant hujuſmodi poteſtas cognoſcendi, decernendi, aut exequendi, & notio; notio enim ſi nuda ſit, eſt cognoſcendi facultas ſinè aliqua uſque adeò juriſdi-

ctione

(u) Obſt. *l. 38 §. 5. ff. de pœnis, cap. 5 de homicid. cap. 19. XXXIII. q. 5.*
(x) Obſt. *l. 3. §. 6. ff de contr. tut. & util. act. junct. l. 15. § ult. ff de re judic.* (y) Obſt. *l. 22. ff. de pet. hæred. l. 8 C de rei vindicat. l. 2. ff. quando ex facto tut.* (z) Obſt. *l. 15. ff. de reg. juris. l. 49. & 143. ff. de verb. ſignif.* (a) Obſt. *arg. deſumpt. à l. 7. §. 1. ff. quod cujuſque univerſit. nom. & l. 76. ff. de judiciis.*

ctione, aut imperio *l. 15. ff. de re jud l ult. C ubi & apud quem cognit. in integr. reſtit.*
(*b*) Imperium verò merum, quo nomine venit juriſdictio criminalis, ſeu poteſtas gladii ad animadvertendum in facinoroſos, à mixto Imperio, quo nomine Civilis intelligitur juriſdictio, ſeu poteſtas judicandi judicatíque exequendi in cauſis civilibus, diſtingui, ſatis indicat Lex *3. ff. de juriſd.* lex *1. in pr. ff. de offic. præf. urb.* quin & mixti Imperii & juriſdictionis Civilis naturam eſſe diverſam luculenter demonſtrant. Lex *6. §. 2. ff de tutel.* lex *ult. §. 1. ff de offic. ejus, cui mand. eſt juriſdict.* lex *1. §. ult. ff. eod.* lex *2. ff. de juriſdict.* (*c*)

## X.

JUriſdictionis ſpecies aut ſuo quis, aut alieno exercet nomine. Qui SUO nomine exercet, propriam habere dicitur juriſdictionem, SIVE illam jure Magiſtratûs Eccleſiaſtici aut Sæcularis, & ſic ORDINARIAM, utì Reverendiſſimus Epiſcopus, ejuſque Vicarius Generalis adhuc. *cap. 16. de off. ord. cap. 6. eod. in 6. cap. 2. de conſ. in 6. cap. 2. de off. Vicar. in 6.* olímque Conſules & Proconſules. *l. un. ff. de off. Conſul. l. 5. §. 1. ff. de off. ejus, cui mand. l. 7. 8. 9. ff. de off. Proconſul.* SIVE ex ſpeciali Legis, Senatus Conſulti, aut conſtitutionis Conceſſione, & ſic EXTRAORDINARIAM, uti ſæpè Prætor. *pr. junct. §. 4. & 5. inſt. de attil. tut. arg. l. 2. ff. de off ejus, cui mand. & l. 8. §. 1. ff. de tranſact.* exerceat. *l. 7 §. 2. ff. de off. Proconſ. l. 5 ff. de juriſd.* (*d*) ALIENO nomine qui exercet, nihil proprium habet, *l. 5. 16. ff. de juriſdict. l. 1. §. 1. l. 3. ff. de off. ejus, cui mand.* Mandatarius aut Delegatus nuncupari ſolitus, ac quæ ad propriam & ordinariam mandantis juriſdictionem. *l. 5. ff. de juriſdict. l. 1. & ult. pr. ff. de off. ejus, cui mand.* (*e*) non, quæ ad extraordinariam aut merum Sæculare Imperium pertinent, ſuſcipere poteſt. *l. 8. ff. de tut. & curat. dat. ab his. l. 8. § 18. ff. de tranſact. l. 1. & 2. §. 1. ff. de off ejus, cui mand. l. 6. ff. de off. Proconſul* (*f*) Merum tamen Imperium, quod quoad aliquos ſaltem gradus eſt penes Eccleſiam, tantum abeſt, ut non poſſit tranſire in mandatarium, ut etiam mandari ſubinde debeat. *Clem. 1 §. multorum de hæret. cap. 6. de off. ordin. in 6. cap. fin. ne Clerici vel Monachi &c. in 6. cap. 27. in fin. ✠ de V. S. cap. 1. ✠ de calumn.* (*g*)

## *De prorogatione Juriſdictionis, mediíſque ejuſdem exercendæ, ac conſervandæ.*

## X I.

PRorogatio juriſdictionis expreſſa, ab actore facta per in Jus vocationem & libelli editionem adeò ſtringit illum, ut reum invitum, qui ſemel in judicem non ſuum conſenſit, ad alium voçare judicem nequeat. *l. 4. C. de in Jus voc.* (*h*) ipſe, neque ejus

hæ-

*l 25 in fin ff ad l. Aquil. l 1 C de dilat.*
(*b*) Obſt. *l. 31 ff de jurejur. l 4 & tot tit ff de in litem jur. l 1 & penult ff de Confeſs.*
(*c*) Obſt. *l 3 ff de juriſdict Junct l 22 § 1 ff de judic. l 1 § ult in fine & l ult ff de off. ejus, cui mand eſt juriſd. l 26 pr & § 1 ff ad municip Junct. l 26 § ult ff de minor 25 ann. § 1 inſt de adopt. Junct l 2 ff de off Proconſ & leg. l 7 § 10 ff de pactis.*
(*d*) Obſt *l 6 § 2 ff de tutel. l 1 ff de off ejus, cui mand. l 3 § 5 ff judicat. ſolvi.* (*e*) Obſt. *l 4 ff de off ejus, cui mand. l 1 § 4 ff de ſuſpect Tutor.* (*f*) Obſt. *l 6 ff de off Proconſul.* (*g*) Obſt. *cap 6 XXXIII, q 2.*
(*h*) Obſt. *§ 34 & 35 inſt de act. l 4 C de Pactis,*

hæres. arg. *l. 59. & 26. ff. de reg jur. l. 9. ff. de probat. l. 19 ff. de judic.* ſicut autem prorogatio fori privilegiati, perſonæ non privilegiatæ interdicta, *l. 5. §. 1. C. de juriſdict. Junct. l. 2. C ſi à non compet. jud. judicat.* nec de loco ad locum. *l. 3. ff. de off. præſid. l. ult ff. de off. præſ. urb. l. 4. § ult. ff. de off. Proconſ. Junct. l. 1. C. ſi à non compet. jud. l. 6. quand. provoc. non eſt neceſſe.* Nec de tempore ad tempus attento jure Civili, *l. 13. ff. de juriſdict.* (aliud enim de Jure Canonico ob *text. in cap. 4.* ✠ *de off. & poteſt. jud. deleg. & cap. 11. §. in nullo de reſcript. in 6.* ſaltem reſpectu Judicis delegati dicendum) admitti poteſt, ità nec Clerici ſinè conſenſu ſui Epiſcopi juriſdictionem Judicis Eccleſiaſtici non ſui. *Can. nullus primas, & Can. nullum Epiſcoporum quæſt. 7.* imò Judicis Laici, nequidem cum conſenſu Epiſcopi, prorogare in ſe poſſunt. *cap. 12. 18. de foro compet. Can. nemo unquam. Can. ſi quiſpiam. Can. pervenit. Can. inolita. Can. placuit. XI. q. 1. l. 38. ff. de pactis & arg. cap. 36. de ſent. excom.* (i)

X I I.

PRo tuenda juriſdictione, ejuſque ſinceritate præter alia, in Judicio aut poſſeſſorio, aut petitorio utilia conceſſa media quondam emanavit PRIMO Edictum de albo corrupto, ſtatuens in doloſum albi corruptorem pœnam 500. aureorum, actione in factum prætoriâ populari petendam. *l. 7. 8. 9 ff. de juriſdict.* SECUNDO edictum, quod quiſque juris: ut, ſi Magiſtratus dolo jus novum dixerit, aut privatus impetravit, idem is jus in ſe, hæredéſque ſuos ſtatui patiatur, non tantum ad perſonæ per hujus generis novum jus læſæ, ſed & cujuſcunque alterius petitionem. *l. 1. §. 1. l. 3. §. 3. & 5. ff. quod quiſque juris.* (*k*) TERTIO Edictum: ſi quis jus dicenti: ut ſi quis extremo juriſdictionis, id eſt, executioni, reſtiterit, pœnali actione ſed tamen privatâ. (*l*) nec in hæredem tranſitoria, ad id, quanti res eſt in judicium deducta, licet iniquè petita, teneatur, intra annum conventus *l. un. ff. ſi quis jus dicenti. l. 53 ff. de re jud. arg. l 5. §. 1. ne quis eum, qui in jus vocat. vi exim.*

## *De in Jus vocatione, libelli oblatione, dilationibus, ac feriis.*

X I I I.

NE verò quis inauditus prædictas, ſimileſque pœnas ſubire cogatur, in jus vocatio vel verbalis, vel realis, præcedat, neceſſe eſt, ea enim omiſſa ſicut facit ſubſecuta omnia eſſe nulla. *Clem 2 de re judic. l. 4. C. de ſent. & interlocut. l. 7. C. quom. & quand. jud. ſent prof. deb.* licet favorem non vocati continerent. (*m*) Ità vocato legitimè etiam ad judicem incompetentem (*n*) comparendi imponit neceſſitatem; *l. 2. pr. & §. 1. ff. ſi quis in jus vocat. non ierit. l. 5. ff. de judic.* & quidem talem, ut, ſi non compareat, mulcta ipſi arbitrio judicis dictari valeat. *l 2. §. 1. ff. ſi quis in jus vocat. non ierit. l. 244. ff. de verb. ſignif.* (*o*) quam Actor in factum actione conſequatur. *arg. l. 5. §. 1. ff. ne quis eum, qui in jus vocat. vi exim.* (*p*) Hanc vocatus mulctam evitabit, imprimis ſi de ſe ſiſtendo fidejuſſores conveniendi facilitate, & facultatibus idoneos dederit. *l. 1. ff in jus vocat. ut eant. l. 1. ff. ſi quis in jus vocat. non ierit.* Proin-

deque

(i) Obſt. *l 29 de pactis, cap 6 de Privileg. cap 16 de Regularib.* l *ult* § *fin ff ad SC. Vellej.* l 31 *ff de Pactis.*
(k) Obſt. l 33 *ff de oblig & act.* § 1 *inſt de perpet & tempor act.* (l) Obſt. *l. un pr ff ſi quis jus dicenti*
(m) Obſt l 14 C *de procurat. junct* l 4 C *ſi adverſ. rem judicat.* (n) Obſt l *ult ff de juriſdict. junct* l *ult ff de off præf urb.* l 3 *ff de off præſid.* (o) Obſt. l 4 *& ult* C *de modo mulct.* (p) Obſt l *pen* C *de modo mulct.*

deque, cum cautio fidejuſſoria eum in finem interponatur, ut ratum fiat judicium. *l. 1. §. 1. ff. de prætor. ſtipul.* tales, qui nec ordinis, nec diviſionis gaudent beneficio. arg. *l. 2. & 5. C. de fidejuſſ. & mandat.* (q) Evitabit deinde etiam, ſi venire paratus vi eximatur. (r) quo in caſu non contra reum ſic exemptum, ſed contra eximentem actori datur actio pœnalis ad id, quanti ea res eſt, de qua controvertitur, ſecundum verum valorem æſtimanda *l. 4. §. 1. l. 5. §. 1 ff. ne quis eum, qui in jus vocat. vi exim.* licet res calumnioſè petita eſſet *cit ll.* (s) Cæterum ſicut antè dicta fidejuſſoria cautio obligatióque aut libello. *l. 13. §. ult. ff. judicat. ſolvi. l 64. §. 1. ff. de judic.* aut actoris vel rei *l. 7 ff. judicat. ſolvi. l 1. §. ult. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſol.* aut judicis perſonâ mutatis exſpirat *l. 3. pr. ff judicat. ſolvi.* ità deſerto forſan per reum vadimonio competit actori adverſus eũ ſimul & fidejuſſores aut CERTI, ſi pœna certa ſit promiſſa, aut pœnâ nullâ expreſſâ INCERTI ad id, quod intereſt condictio. *l. 12 §. 1. ff. ſi quis caut. in jud. ſiſt. cauſ. fact. l. ult. ff ſi quis in jus vocat non ierit. l. 2. §. ult. ff. qui ſatisd. cog.* quæ tamen ceſſat lite interim tranſactione ſopitâ. *l. 2. ff. ſi quis caut. in jud. ſiſt. cauſ.* aut reo antè ſiſtendi diem civiliter vel naturaliter mortuo. *l. 4 ff. qui ſatisd. cog. l. 4. pr. & §. 1. & l. 10 ff. ſi quis caut. in jud. ſiſt. cauſ* aut ſiſtente ſe reo, jure actoris necdum facto deteriori. *l. 8. ff. ſi quis caut. in jud. ſiſt. cauſ.* (t) aut allegatâ unâ ex cauſis in lege 2. §. 1. & *ſeqq. uſque ad fin. l. 4. §. 1. in fin. §. 2 3. & l. 6. ff. ſi quis caut. in jud ſiſt. cauſ.* enumeratis, aut ſi dies comparitionis in ferias inciderit. *l 2. §. 1. ſi quis in jus vocat. non ierit.* cum in iis omnis actus jurisdictionis contentioſæ non minus, quàm mercatum aut placitum, conquieſcere debeat. *l. 2. 6. 7. & ult. C. de feriis, cap. 1. & 5. ꝫ eod.* aut demum dilatio ſit conceſſa. *l. 3. C. de dilat.*

## X I V.

NOn uſque adeò tamen prædicta obtinent, quin quâ quiſque actione agere volet, eam edere teneatur. *l. 1. ff. de edendo.* non quidem ex aliqua ſeu juris Civilis, ſeu Canonici neceſſitate ipſum nomen actionis. *cap. 6. ꝫ de judiciis.* (u) ſic tamen factum exprimendo, ut appareat quis, quid, & à quo. arg. *l. 13. 24. C. de procurat. l. 10. §. 3. ff. eod & arg. cap 1. ꝫ eod.* coram quo, quo jure, ſeu ex qua in actione reali cauſâ proximâ, in perſonali verò cauſâ remotâ petatur. *cap. fin. de lib. obl. l. 14. §. 2. de except. rei jud. arg. l. 3. §. 4. ff. de acquir. vel amitt. poſſ.* ne alioquin aut inepti, aut obſcuri libelli obſtet exceptio, quâ tamen non oppoſitâ favorabilior pro actore ſumenda eſt interpretatio. *l. 61. 66. ff. de judiciis. l. 172. §. 1 ff. de reg. jur. l 12 ff de reb. dub.* (x) ſicque, ſi quid minus appoſitè in libello expreſſerit, corrigendi, mutandíve licentia, non tantum antè, ſed etiam probabiliter poſt litem conteſtatam, uſq; ad ſententiam non eſt deneganda. *l. 3. C. de edendo. § 34 35. inſt. de act. l 4. § ult. de noxal. act. l. 84 ff. de legat. 1.* (y) debet ipſe nihilominus edere ſua inſtrumenta, & quidẽ antè litẽ conteſtatam.

(q) Obſt *Nov 4 cap 1 & auth præſente C de fidejuſſ & mandat.* l 14. 16 *ff judicat ſolvi.* (r) Obſt. l 5. *§ penult & l ult ff ne quis eum, qui in jus vocat vi exim.* (s) Obſt. l 1 *in fin & l 2 ff ne quis eum, qui in jus vocat vi exim.* (t) Obſt. l 3 § 1 *ff. de verb oblig.*
(u) Obſt. l 1 *ff. de edendo* l 33 *ff de judiciis. arg* l 1 *in fin.* l 2. 3 *ff de præſcript verb* l 1 *ff de æſtim act* § 3. *in fin inſt de act.* (x) Obſt. l 38 § 18 & l 99 *ff de verb oblig.* l 26 *ff de reb dub.* l 5 § *ult ff de rei vind, cap 15 ꝫ de judiciis.* (y) Obſt. l 18 *ff de judiciis, Nov* 112 § 1.

teſtatam. *l.* 1. § 3. ff. *l. pen. & ult. C. de edendo.* (z) ſique ſuper uno tantum negotio ſint conſcripta, integra. *l.* 1. §. 4. ff. *de edendo. l.* 46. §. 5. ff. *de adminiſtr. & peric. tut.* ſi ſuper diverſis negotiis, ſolum ex controverſo capite. *l.* 3. *&* 10 §. 2. ff. *de edendo.* Reus autem non aliter, quàm ubi excipiendo factus eſt actor, ad editionem ſuorum inſtrumentorum tenetur. *l. ult. in fin. C. de edendo. l.* 7. *C. de teſtib. l. pen.* ff. *ad exhib.* ſecluſo caſu Canonico in *Clem. un.* § *caterum. de uſur.* & Civili in lege 2. §. 1. ff. *de jure fiſci.*

## *De pactis renunciatoriis, & acquiſitoriis, ac tranſactione.*

## X V.

Litis inchoandæ proſequendæque incertus eventus facit ſuper ea partes aut paciſci ſæpius, aut tranſigere. Ex pactis tamen nudis nulla inter paciſcentes naſcitur actio ſivè Civilis, ſivè Canonica. *l.* 7. *pr. &* § 4. ff. *& l.* 10. *C. de pactis. l.* 27. *C. de locato.* (a) quamvis ſi liberatoria ſint, obligationem naturalem ipſo jure, civilem ope exceptionis tollant. §. 3. *inſt. de except. l.* 95. §. 4. ff. *de ſolut. arg. l.* 35. ff. *de reg. jur.* (b) Pacta valida & obligatoria negotiis bonæ fidei adjecta in continenti, illis inſunt ex parte actoris. *l.* 7. §. 5. ff. *& l.* 13. C. *de pactis.* & hinc non aliam, quàm ex ipſo negotio competentem actionem reproducunt. *l.* 75. *&* 79. ff. *de contrah. empt. l.* 6. §. 1. *de act. empt. l.* 11. *C. de pactis.* (c) adjecta autem illis ex intervallo tantum inſunt ex parte rei. Quod ſi verò ſtricti juris negotio adjiciantur, ſivè in continenti, ſivè ex intervallo, nunquam inſunt ex parte actoris. arg. *à contr. l.* 7. §. 5. ff. *& l.* 13. *C. de pactis. l.* 11. §. 1. ff. *de reb. cred. l.* 3. *C. de uſuris.* (d) Pacta in ſpecie ſucceſſionem vel mutuam, vel non mutuam, ſcilicet tertii alicujus certi ignorantis concernentia, ſivè acquiſitiva ſint, ſivè repudiativa, ad producendam obligationem juſtitiæ nullius ſunt, nec, ſi juramentum illis adjiciatur, alicujus fiunt momenti. *l.* 15. *& fin. verſu.* Sed nobis *C. de pactis. l.* 61. ff *de verb oblig. l* 11. *C. de tranſact. l.* 4 *C. de inutil. ſtipul. l.* 3 *C. de collat. l. fin.* ff. *de ſuis & legitim. l* 5. *C. de legib. l. fin. C. de non num. pecun. l.* 4. ff. *de adim. legat.* (e) Similiter nullius momenti ſunt pacta ſuper ſepultura in Eccleſiis, etiam Regularibus eligenda. *cap.* 1. *de Sepulturis in* 6. aut ſuper Beneficio Eccleſiaſtico conſequendo poſt mortem Beneficiati. *cap.* 5. ✠ *de pactis* inita: utì & antè duos menſes proximos Profeſſioni à novitio facta ſuper bonis à ſe poſſeſſis in favorem cujuſcunq; etiã cauſæ piæ, dimittendis. *Conc. Trident Seſſ.* 25. *de Regul. cap.* 16. Nec firma magis ſunt pacta cauſidicum aut medicum inter & eorum clientes de quota litis vel palmario, aut ſuper re durante morbo promiſſa. *l.* 1. § 12. ff. *de extraord. cognit. l.* 53. ff. *de pactis l.* 6 §. 2. *C. de poſtul. l.* 9. C. *de prof. & med.* nec pacta in alterius præjudicium redundantia. *l.* 74. ff *de R. J. l.* 25. C. *&* 27. §. 4. *in fin* ff. *de pactis*, adeò, ut ne major quidem pars cre-

(z) Obſt. *arg* l 29 *in fin pr ff de re recept qui arbitr.*
(a) Obſt. l 10 *ff de obligat & act.* l 16 § 4 *ff de fidejuſs & mandat.* l 5 C *de contrah & committ ſtipul.* l. 2. § 4 *ff de condict cauſ dat. cap* 1 *&* 3 *de pactis.* (b) Obſt. l 27 § 2 *ff de pactis.* l 6 *&* 17. § 10 *ff eod.* l 23 C *de pignor.* (c) Obſt. l 50 *ff de contrah empt.* l 2 C *de pactis inter empt & vendit.* (d) Obſt. l 40 *ff de reb cred.* l 4 § *ult ff de pactis.* l 27 § 6 *ff eod.* l 5. 6. 7 § 1 *ff. de eo, quod certo loco.* l 7. 27 C *de pactis,* l. 22 C *de donat.* l 7 §. 8. *ff. de dolo malo.* (e) Obſt. l 19. C. *de pactis, cap* 6. *&* 28. ✠ *de jurejur, cap.* 2. *de pactis in* 6. l. 1. §. 3. *ff. ſi quis à parente manumiſſ.*

creditorum extra caſum, quo hæres obæratam adire hæreditatem recuſat, de portione debiti remittenda paciſcens invitam ad ſe trahat partem minorem, arg. *l.* 11. *ff. de ſervit. præd. ruſt. l.* 27. § 4. *ff. de pactis.* (*f*)

## XVI.

IN caſum autem, quo pactione gratuitâ rem controverſam dirimere non poſſunt contendentes, tranſactio ſeu conventio non gratuita ipſis eſt præparata. *l.* 38. *C. de tranſact.* Etiam Prælato, rectoríque Eccleſiarum, Syndico, Tutori, Curatori, alterive Adminiſtratori, non tamen aliàs, aut aliter, quàm quatenus jus non liquidum remittunt, réſque danda alienationem admittit, permiſſa. *text. in cap.* 2. 3. 5. 8. ☧ *de tranſact. l.* 46. *§. ult. ff. de adminiſtr. & peric. tut. l.* 16. *C. eod. l.* 4. *de decret. ab ord. fac. l.* 14. *ff. de pact. l.* 12. *C. de tranſact. l.* 56. *§.* 4. *ff. de furt.* (*g*) nec uni litis conſorti cæteris etiam invitis & ignorantibus denegata. arg. *l.* 14. *C. de contrah. empt. l.* 3 *C. de com. rer. alienat. l.* 7. *§.* 6. *in fin. ff. de pact. l.* 1. *C. com. divid.* (*h*) utì nec Vaſallo ſuper re feudali. *lib.* 2. *feud. tit.* 26. *§. ſi Vaſallus.* nec fiduciario pendente fideicommiſſi conditione. *l. ult. ff. de tranſact. arg. l.* 55. *§. ult. junct l.* 63. *§.* 2. *ff. ad SC. Trebell. & l.* 36. *ff. eod.* (*i*) Tranſactio ſuper rebus ſpiritualibus re temporali promiſſâ, datâ aut retentâ non valet, *cap.* 4. 7. *&* 10. *de tranſact.* nec valet inita ſuper alimentis teſtamento relictis, & in univerſum ſuper controverſiis, quæ ex teſtamento proficiſcuntur, non inſpectis, cognitíſq; teſtamenti verbis. *l.* 6. *&* 8. *ff. l.* 8. *C. de tranſact. arg. l.* 3 *§.* 1. *l.* 12. *ff. eod. l. fin. C. de reb. cred.* (*k*) utì & facta de delicto futuro. arg. *l.* 27. *§.* 4. *ff. de pactis. l.* 70. *§. ult. in fin. ff de fidej.* Quod ſi tamen agatur de crimine jam commiſſo, illúdq; ſit tale, ut ſanguinis pœnam ingerat, ſuper eo tam actori, quàm reo permiſſa eſt tranſactio, tam antè, quàm poſt litem conteſtatam. *l.* 18. *C. de tranſact. l. ult. ff. de prævaricat. Junct. l.* 1. *ff. de bon. eor. qui antè ſent. mort. ſibi conſci.* Et, cum quoad decidendas controverſias æqualis cum jurejurando, ac re judicata tranſactioni vis inſit. *l.* 5. *§.* 2. *ff. de jurejur. §.* 11. *inſt. de act. l.* 2 *C. de re judic Junct. l.* 2 *ff. de jurejur. l.* 20. *C. de tranſact. l.* 1. *C. de condict. indeb.* à generali æquitate legis 2. *C. de reſcind. vend.* tantam non metuo violentiam, ut ex capite læſionis etiam ultra dimidium, modò dolus abſit, ejus reſciſſionem admittam, munitus *l.* 78. *§. ult ff. ad SC. Trebell. l.* 16. 19. 23 29. *C. de tranſact. l.* 65. § 1. *ff. de condict. indeb. §. ult inſt. de oblig. quæ ex quaſi contract.* præſertim vocatâ in auxilium protectione juris Canonici apertè ſuffragantis in *cap.* 1. ☧ *de tranſact.* (*m*)

## *De Advocatis, Procuratoribus, & negotiorum geſtoribus.*

## XVII.

QUod ſi pacto aut tranſactione res decidi nequeat judicio committitur, frequentiſſimè per Advocatos & Procuratores, ſubinde duos, pluréſve in ſolidum conſtitutos.



(f) Obſt. l 7. §. 17. & *ſeqq.* l 8. 9. 10. *ff. de pactis.*
(g) Obſt *l.* 44 § 1 *ff. de jurejur.* (h) Obſt. *l.* 3. §. 11. *ff. de peculio Junct. l.* 1. *C. de oblig. & act. l.* 13. *ff. fam. Erciſc.* (i) Obſt. *l.* 63. *ff. de re jud. l* 2. *ff de tranſact* (k) Obſt *l.* 78 § *ult ff. ad SC. Trebell. l.* 12 *ff de tranſact.* (l) Obſt. *tot. tit. ad SC Turpill l.* 2 *ff. de concuſs. l.* 8. *circa fin. ff. de accuſat. l* 2 *C. de abolit.* (m) Obſt. *l* 5 *C de dolo. l* 17 § 4. *ff. de inſtit act. l.* 36 *de verb oblig.*

ſtitutos, *cap. 6. de Procur. in 6.* ſivè poſtulando, ſivè procurando, ventilanda. Illorum autem munus cum ſit honorificum, publicè utile, ac propterea præmiis ac Privilegiis decorandum. *l. 4. & tot. tit.* C. *de Advocat. diverſ. Judicum. l.* 14. C. *de Advocat. diverſ. jud.* Jure ab eo munere rectè imprimis repellitur, qui patitur PHYSICUM DEFECTUM, ſeu ætatis, uti minor 17. annis, l. 1 §. 3. ff. *de poſtul.* §. 5. *inſt. quib. ex cauſ. manum.* ſeu libertatis, utì miles Sæculi, l. 7. *&* 13. C. *de procurat.* ſeu ſcientiæ, utì imperitus. *l* 11. §. 1. *C. de advocat. diverſ. judicior* multò magìs autem repellitur, qui ob DEFECTUM MORALEM contraxit cenſuram excommunicationis, *cap. 7.* ⁖ *de jud. cap. 8.* ⁖ *de ſent. excom.* aut infamiam, irrogatam ob crimen, ſivè huic crimini dictata ſit IMMEDIATE à jure iſta infamia, utì crimini hoſtilis perſecutionis S. R. E. Cardinalium *cap. 5. de pœnis in 6.* hæreſi ſordidæ. *cap. 13. §. credentes de heret.* raptui fœminæ ex cauſa ineundi matrimonii. *Trid. Seſs. 24. de Reform. cap. 6.* duello ſolenni, ejúſque Patrocinio. *Trid. Seſs. 25. de Reform. cap.* 19. Lenocinio. *l. 4. §. 2. ff. de his, qui not.* Bigamiæ ſimultaneæ *l. 1. & l. 13. ff. de his, qui not.* Anatociſmo. *l. 20. C. ex quib. cauſ. inſam.* violationi juramenti appoſiti alicui contractui, aut tranſactioni. *l. 41. C. de tranſact.* ſivè infamia MEDIATE, interveniente ſcilicet judicis ſententiâ definitivâ, dictata ſit alicui reo criminis, aut PUBLICI, quale recenſetur in lege 1. ff. *de publ. jud.* aut PRIVATI, quale refertur in lege 1 ff *de his, qui not. & l. 7. cit. tit.* ff. *de publ. jud. &* Can. *infames. VII. q. 1.* & in ſpecie doli, imò & culpæ latæ, commiſſorum à tutore, ſocio, depoſitario & mandatario. *l. 1. 13* §. 5. *&* 6. ff. *de his, qui not. l. 4.* § 1. 2. *ff. de ſuſpect. tutor. l. 2. 26.* ff. *de verb. ſignif. l. 1. §. fin. l. 11. Junct. l. 32.* ff. *depoſiti. l. 8. §. 3. in fin.* ff. *de precario.* l. 1. *§. pen.* ff. *ſi menſor falſ. mod.* (*n*)

## XVIII.

PRocuratores mandato ſui principalis munitos eſſe oportet, nam, ſi perſonæ ſimiles ſinè mandato judicium ſuſceperint, ac etiam ſententiam evicerint, ea ipſo jure invalida, & quidquid geſtum, nullum eſt. *cap. 4.* ⁖ *de procurat. l. 24.* C. *de procurat. & deſenſ.* adeò, ut nequidem ratihabitatione ejus, pro quo lata, confirmetur. arg. *l. 24.* ff. *rem rat. hab.* (*o*) quod facit eos diſtingui à negotiorum geſtore, qui abſentis, vel ignorantis negotia ſinè mandato gerit. *l. 2. &* 41. ff. *de negot. geſt.* quamvis in eo ſæpè conveniant, quòd tam hic, quàm ille de culpâ leviſſima teneatur. *l. 24. C. de uſuris. l. 23.* ff. *de reg. jur. l. 13. &* 21. *C. mandati. arg. l. 1. §* 35. ff. *depoſiti. l.* 53. §. 3. ff. *de furtis.* (*p*) Adeoque, ſi Domino iſtâ culpâ damnum dederit, ſivè in geſtis, ſivè in non geſtis. *l. 6. §. ult. l. 16* ff. *de negot. geſt.* (*q*) actione Civili directâ mandati ac reſpectivè negotiorum geſtorum. *l. 17. §. 3.* ff. *commodati.* (*r*) ad dati damni reſarcitionem, rationum redditionem, ac ad reſtitutionem cujuſcunque, quod ex adminiſtratione ad eum pervenit. §. 1. *inſt. de obligat. quæ ex quaſi contr. arg. l. 46.* §. 4. ff. *de procurat. l. 11. 19. §. pen. l. 8. §. 1. l. 23.* ff. *de negot. geſt. l. 10. §.* 3 ff. *mandati.* quin etiam ad uſuras, ſi debitorem ſe non excuſſerit. *l. 6. in fin.* ff. *de negot. geſt.* cæteróſve Domini debitores ſuâ interpellatione in mora conſtituerit. *l. 24. §. ult.* ff. *de*

(n) Obſt. *§ ult inſt de except. §. 6 inſt de ſuſpect tutor. l 3. § ult. ff eod.*

(o) Obſt. *l 56. ff de judiciis. l. ult. C ad SC. Maced. l. 60. ff. de reg. jur.* (p) Obſt *l. 20 C de negot. geſt. l 7. C. arbitr. tut.* (q) Obſt. *l 20 C de negot geſt, l 39 § 2, ff. de adminiſtr. & peric. tut.* (r) Obſt *l 2 & 3 ff. de negot geſt.*

uſuris. à Domino principali conveniri poteſt. (s) Quod ſi officium ſuum benè administraverit, hoc ne ipſi ſit damnoſum, contraria illi accommodatur actio ad indemnitatem, tam ratione illius, quod nomine geſtionis abeſt, quàm quod abſutum. *l. 2. ff. de negot. geſt.* ſicut & Procuratori datur contraria mandati. *l 10. §. 9. l. 12 §. 9. l. 27. §. 4. ff. mandati.* contra principalem. Caveant autem illi, & quotusquiſque, ne calumnientur, falſa crimina. *l. 1 §. 1. ff. ad SC. Turpill.* aut litem per fraudem intentando, aut pecuniam litis intentandæ, vel non intentandæ cauſâ accipiendo, ſciántque in caſum commiſſæ calumniæ actione prætoriâ in factum de calumniatoribus intra annum in quadruplum regulariter ex re & pœna mixtum, poſt annum in ſimplum ad legitimos tramites expulsâ iniquitate redigendos ſe eſſe. *l. 5. §. 1. & paſſim ff. de calumniatorib.*

## *De in integrum reſtitutione, ejuſque cauſis, adverſus tranſactionem, aliúmve actum.*

### XIX.

Sivè tranſactio, ſivè alius actus tum extrajudicialis, tum judicialis validus & ex ſui natura reſcindibilis, cum, vel ſinè miniſterio Procuratorum, ſimiliúmve perſonarum coadjuvantium perficiatur, ſæpè rigor juris eum ſervari implerique deſiderat, è contra æquitas eundem caſſari ſuadet. *l. 1. & pen. ff. de in integr. reſt. l. 1. in pr. ff. de minor. 25. ann. l. 1. pr. ff. ex quib. cauſ. major.* in quo rigoris æquitatíſque tandem prævalentis concurſu placuit in perſonarum citra ſuam culpam læſarum favorem induci reſtitutionem, hoc eſt, amiſſæ cauſæ, vel rei redintegrationem. *l. 2. C. ſi adverſ. tranſact. l. 2. C. in quib. cauſ. reſt. in integr. neceſſe non eſt.* remedium ſanè extraordinarium, quippe jure ſaltem Romano (jure enim hodierno, Canonico ſaltem, ſi incidenter petatur, coram arbitro poteſt proponi. *cap 9. ✠ de in integr. reſt.*) non niſì coram Magiſtratibus ſuperioribus, ùt Principe. *l. 1. C. ubi & apud quem cognit. in integr. reſt. l. 18. §. 1. 2. 3. 4. ff. de minor. 25. ann.* prætore, aliiſque mixtum habentibus imperium exponibile & impetrabile. *l. 16. §. ult. l. 17. 42. ff. de minor. 25. ann. l. 5. ff. de in integr. reſt. l. 2. C. ubi & apud quem cognit. in integr. l. 2. C. ſi adverſ. fiſ.* contra propriam quoq; eorum ſententiam concedi ſolitum. *l. 16. §. ult. l. 17. 42. ff. de minor. 25. ann. l. un. in fin. ff. de off. præf. prat. cap. 5. ✠ de in integr. reſt.* (t) niſì illud AUT modicitas læſionis arg *l. 4. ff. de in integr. reſtit. l. 16. §. 4. ff. de minor. 25. ann. l. 9. §. ult. ff. de dolo malo. l. 54. ff. de contrah. empt.* (u) in genere judicis arbitrio determinandæ. (x) AUT adversùs lædentem læſo competens remedium juris reſciſſoriũ ordinarium. *l. 16. pr. & 23. ff. de minor. l. 14. § 2. ff. quod met. cauſ.* ejuſdémque juris ſpecialiter actum irritantis defenſio. *l. 2. C. in quib. cauſ. reſt. in integr. neceſs. l. 16. pr. & §. 3 ff. de minor. l. 3. C. de in integ. reſt. minor. l. 3. C. ſi adverſ. libert. l. pen. C. ſi adverſ. rem judic.* AUT læſo, etiã Eccleſiæ, regulariter fatalis lapſus quadriennii. *l. ult. C. de tempor. in integr. reſt. l. 28. § 3. ff. ex quib. cauſ. major. l. 1. C. de reſtit. milit.* a tempore læ-



(s) Obſt. *l 6. § ult. & l 20 in fin. C de negot geſt. Junct. l. 62. in fine ff. de ſolut. § 19. inſt. de inutil. ſtipul*

(t) Obſt. *l 14 ff. de re judic. l 1. § ult. in fin. ff. de quæſt. Junct. l 35 ff. de re judic, l 6. C de appell.*

(u) Obſt. *§ 16. inſt. de rer. diviſ.* (x) Obſt. *l 9. § ult. l 10. ff. de dolo malo*

læſionis continuò numerandi *Clem. un. de in integr. reſt. cap* 1. *eod. in* 6. (*y*) aut deniq; defectus cauſarum in lege 1. & 2. ff. *de reſt. in integr.* enumeratarum, denegari faciat.

## X X.

CAuſarũ reſtitutionis ſunt aliæ COMMUNES ferè majorennibus, ac minorennibus. Illarum UNA eſt metus, licet enim negotia per eum inita, ſivè bonæ fidei ſint, ſivè ſtricti juris (iis exceptis, in quibus ratione vel exercendæ liberalitatis, aut gratiæ, vel ſuſcipiendi gravaminis inauferibilis plena libertas exigitur. arg. *l* 21. § 3 & *l.* 22. ff. *quod met. cauſ. cap.* 1 *eod. in* 6. *c.* 14. & 28. ꝁ *de Sponſal.*) ſummo jure ſubſiſtant, donec reſcindantur. *l.* 1. 21 §. 5. *l. ult.* § 1. & 2. ff. *quod met. cauſ.* §. 1. *inſt. de except. l.* 85. ff. *de acquir. vel omitt. hæred. l.* 22 ff. *de ritu nupt.* (z) nihilominus ad eorundem reſciſſionem datur actio prætoria, perſonalis, arbitraria, ex accidenti in quadruplum §. 27. *inſt. de act.* in rem, ſi jam tradita ſit, contra quemvis poſſeſſorem ſcripta. *l.* 9. § 1. & *ult. l.* 14. §. 3. ff. *quod met. cauſ.* intra annum utilem competens metum paſſo, ejuſque hæredibus *l.* 14. § 2. *l.* 16. §. *ult* ff. *l.* 3. *C. quod met. cauſ.* ſi tamen metus pro qualitate paſſi fuerit gravis *l.* 3. § 1. *l.* 5. 6 7. §. 1. *l* 8. §. 1. 2 *l.* 22. 23. § 1. ff. *quod met. cauſ. l.* 184. ff. *de reg. jur. l.* 3. ff. *ex quib. cauſ. major.* & injuſtè incuſſus. *l.* 3. §. 1. ff. *quod. met. cauſ. arg. l.* 13 §. 2 & 6. ff. *de injur.* qualis per ſe non eſt metus reverentialis. *l.* 22. *Junct.* 21. ff. *de ritu nupt. l.* 14. *C. de nupt.* (*a*) eſt tamen metus infamiæ. arg. *l.* 4. & 8. § 2. *quod met cauſ.* (*b*) Cauſa ALTERA eſt dolus malus; quamvis enim is, ſi non ſit incidens, ſed negotio bonæ fidei dans cauſam, illud ipſo jure nullum efficiat, *l.* 7 ff. *de dolo mal. l.* 16. § 1. *Junct. pr.* ff. *de minor.* 25. *ann. l.* 5. §. 2. ff. *de auct. tut. l.* 3. § *ult.* ff. *pro ſocio. l.* 1. §. 7. *quar. rer. act.* (*c*) ſtricti tamen juris negotia, ſivè incidens ſit, ſivè dans cauſam, valida relinquit. *l.* 36. ff. *de verb. oblig. l* 5. *C. de inutil. ſtipul.* ſed prætoriâ pariter & arbitrariâ, eâque famosâ actione doli, ſi intra biennium inſtituatur, *l.* 3 & *ult. C. l.* 1. §. 4. *Junct.* l. 29. ff. *de dolo malo.* l. 6. §. 2. ff *de his, qui not. infam.* nec alia læſo ſuperſit actio. l. 1. §. 4. l. 7. §. 3. ff. *de dolo malo.* l 2. *C. eod. l. pen.* §. 1. *in fin.* ff. *de in integr. reſt.* reſcindenda. (d) Præter has cauſas communes cauſæ reſtitutionis PARTICULARES conſiderantur PRIMO in minoribus læſis, quibus non tantum contra acta quævis ferè extrajudicialia, ut ſolutionem tam activam, quàm paſſivam, *l.* 1. 2 *C. ſi adverſ. ſolut.* venditionem. *l* 7. §. 1. *C. ſi adverſ. vend.* dotem. *l. un. C. ſi adverſ. dot.* mutuum. *l.* 1. & 2. *C. ſi adverſ. cred.* tranſactionem. *l.* 1. & 2. *C. ſi adverſ. tranſact.* aditam vel omiſſam hæreditatem. *l.* 1. *C. ſi min. ab hæred. ſe abſtin.*

(y) Obſt. *l* 26. § 7 & 8. ff *ex quib. cauſ. major.*

(z) Obſt. *l* 116. ff *de reg jur. l pen.* ff. *quod met. cauſ. l* 1 *C de reſcind. vend l* 14. § 13. ff. *quod met cauſ. l* 2 § 8. ff. *de vi bon. rapt. l* 2. 6. § *fin. l* 85 ff *de acquir vel omitt hæred. l* 14 § 3. ff *quod met cauſ. l* 21. § 3. ff *eod. l* 14 *C de nupt. l* 9 & 17. ff. *quie tà quib. manumiſſ.* (a) Obſt. *l* 1. § 5. ff *quar rer. act. l.* 4 ff. *de reg jur. l pen* ff. *de furtis.* (b) Obſt. *l* 7. ff *quod met cauſ.* (c) Obſt. *l* 11 § 5. *l* 13. *in pr.* & § 4. ff *de act empti vend. l* 5 & 10 *C de reſcind vend.* 12. § 1. ff. *de jure dot. l* 16 § *pen.* ff *minor.* 25. *ann.*
(d) Obſt. *l* 23 ff. *de dolo malo, Junct. l* 2 § 1. & *l* 3. ff. *de condict indeb. l* 19 ff *de dolo malo, Junct. l.* 92. & *pen* ff *de ſolut. l* 38 § 4 ff *eod*--- *l* 88 ff. *de verb. oblig. l* 32. § *ult.* ff. *de uſuris*--- *l* 5. § *ult.* ff *quib. mod. uſusfr. vel uſus amitt*--- *l* 69 ff *de ſolut Junct. l* 9. § *pen.* ff. *de dolo malo*--- *l* 6. ff. *de donat. l.* 16 ff. *de præſcript. verb. Junct. l* 34 ff. *de dolo malo*--- *l* 41 42. ff. *ad L. Aquil. l.* 3. ff. *teſtam. quemad. ap. l* 27. § *ult.* l. 32 § *ult.* ff. *de furt. Junct.* l. 31. ff. *de dolo malo*--- l. 3 § 8. § *de negot. geſt. Junct.* l 50. ff. *de evict.*

ſin. l. 1. & 2 ſi ut omiſs. hæred. ſed etiam judicialia, ut ſententiam, l 16 in fin. ff. de minor 25 ann. l. 3. C. ſi adverſ. rem jud. l 2 C. ſi tut. vel curat. interv. remedium reſtitutionis ità eſt conceſſum, ut quoque proſit eorum hæredibus, l. 18. §. ult. l. 19. ff. de minor. 25. ann. l 5 C. de tempor. in integr. reſt. & fidejuſſoribus pro illis, ut quocunque alio intervenientibus l. 3 § 4 in med. ff. de minor. 25. ann. l. 51. ff. de procurat. l. 89. ff. de acquir. vel omitt. hæred. l. 2. §. 1. ff de adminiſtr. tut. (e) SECUNDO conſideratur in majorennibus ex propria etiam perſona, ob clauſulam generalem in lege 1. ff. ex quib. cauſ. major. Quem in finem prætor reſciſſoriam illis actionem comparavit. §. 5. inſt. de act. l 30 ff. ex quib. cauſ. major. l 35 ff. de oblig. & act. ad impugnandam ex capite abſentiæ, non tamen ex ſolo capite ignorantiæ, præſcriptionem adverſus ipſos completam, utiliter inſtituendam. l. ult. C. de longi tempor. præſcript. l. un. C. de uſucap. transfor. l. 4. C. de præſcript. 3. vel 40. ann. Nov. 119. cap. 7. (f)

## De alienatione Judicii, mutandi cauſa, arbitrio, ac judicio, déque foro competenti.

### X X I.

NEc alienatio Judicii mutandi cauſæ ab eo, qui litem metuit ſibi ab alio inferendam, in rixoſum, factioſum, potentiorem, aut alterius Provinciæ hominem doloſè facta, è numero juſtarum reſtitutionis cauſarum rectè eximitur. l. 1. 2. 3. 4. pen. ult. & paſſim ff. de alien. jud. mut. cauſ. facta. Scilicet & ſi quis per hujus generis alienationem quem læderet ipſe, & quidem, licet rem alienatam tertius poſſideret, tanquam Poſſeſſor poſt SCtum de hæreditatis petitione conceptum poteſt conveniri actione in factum prætoriâ, ac per ſententiam ad id, quod intereſt, Fiſco applicandum puniri. l 1. 3. & pen. l. 4 §. pen. & ult. l. 5. 6. 7. & communiter ff de alien. jud. mut. cauſ. l. 25. §. 8. ff de hæred. pet. l. 27. §. 3. l. 36. ff de rei vind. l. 131. ff de reg. jur.

### X X I I.

NUllâ alienatione factâ rei dubiæ aut controverſæ prius quàm ipſa res judicio committatur, arbitro compromiſſario, qualis eſſe poteſt vir bonus, idémque Judex ordinarius, cap. 8. de elect. cap. 7. de arbitr. cap. 14 de præſumpt. l 3 & 4. ff de recept. qui arbitr. decidenda ſæpè committitur: & hujus ſententia appellationem, l. 1. C. de recept. arbitr. l. 32 §. 14 ff. eod. reductionem ad judicium verum non tamen refugit: arg. l. 76. 77. 78. ff pro ſocio. (g) examinanda in foro competenti coram Judice omninò idoneo; cujus quidem uti & fori competentiæ non eatenus tantum, ſed & aliàs tanta ratio eſt habenda ut ne reconveniri quidem Clericus coram Judice ſæculari valeat, ſi quem conveniſſet coram ipſo Laicum. cap. 1. 2. & cap. diligenti de foro compet. cap. denique diſt. 96. Competentia autem fori ordinariè oritur ex cauſis relatis in cap. fin. X. de foro compet. extraordinariè ex cauſis adductis. in cap. 3. 5. 12. 18.

&

(e) Obſt. tit. ff. de tut. & rat. diſtrah. & tit. C. arbitr. tut. Junct. l. 16 in pr. ff. de minor 25. ann. l 13. ff. eod. l. 1. 2. C. de fidejuſſor. minor. l. 7. in fin. ff. de except. (f) Obſt. l 8. ff. de juris & facti ignor. l 86. ff. de acquir. vel omitt. hæred.

(g) Obſt. l pen. C. l. 27. § 2. ff. de recept. qui arbitr. recep. l. 76. ff. pro ſocio.

& 19. ꝗ d. tit. de ſoro compet. l. 19. 49. 65. ff. de judiciis. l. 14. C. de ſent. & interloc. auth. habita. C. ne fil. l 6. C. de juriſd. l. un. C. quando Imper. l. 5. C. de ing. & manum. l. 28. ff. de fidejuſs. (h)

## *De litis conteſtatione, ac proſecutione actionum realium verſantium circa Jus in re hæreditarium univerſale.*

### XXIII.

COmpetentia fori ſicut firmatur accedente litis conteſtatione, ità per hanc conteſtationem actiones ſivè reales ſivè perſonales, de ſe temporales, ab actore propoſitæ in judicio, perpetuantur ad 40. annos. *l. ult. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. l. 1. §. 1. C. de annali except.* & licet alias litigantium hæredes non afficiant, in- & contra hos durant *§. 1. inſt. de perpet. & temp. act. l. 26. & 33. ff. de O. & A.* exceptiones autem reo competentes dilatoriæ pleræque excluduntur. *cap. 4. ꝗ de except. l. ult. C. d. tit.* Inter actiones QUÆRELAM INOFFICIOSI numero, per *l. 7. 12. in fin. pr. l. 27. 29 §. 2. de inoff. teſtam.* & inter principales quidem, eaſque reales, *l. 20. 21. §. ult. l. 27. §. 3. ff. de inoff. teſtam. l. 34. C. eod. l. 3. C. de pet. hæred.* (*i*) verſantes circa Jus in re univerſale hæreditarium. Competit hæc quærela liberis quibuſcunque iniquè exhæredatis à Patre, aut à Matre præteritis. *pr. inſt. & §. 2. de inoff. teſtam. l. 3. C. eod. Nov. 115. cap. 3. & auth. ex cauſa. C. de liber. præter.* etiam, ſi qui ex his primi gradûs eâ uti forſan aut nolint, aut non poſſint, nepotibus in & ex perſona propria. *l. 14. & pen. ff. de inoff. teſtam.* (*k*) nec turbato mortalitatis ordine Parentibus denegatur. *l. 14. 15. ff. de inoff. teſtam. §. 1 inſt. eod. l. 7. §. ult. ff. ſi tab. teſt. nulla extab.* utì nec Fratribus, ſed germanis & conſanguineis tantum, in caſu inſtitutæ turpis perſonæ. *§ 1. inſt. de inoff. teſtam. & l. 27. C. eod.* (*l*) non verò cæteris, qui ſunt ultra hos. *l. 1. ff. de inoff. teſt. l. 21. C. eod.* nequidem Nepotibus ex germano aut conſanguineo Fratre conceditur. *dict. l. 1. ff. & 21. C. de inoff. teſtam.* (*m*) competitq; contra hæredes, cujuſcunque illi dignitatis ſint aut Privilegii, ad evertenda expugnandáque teſtamenta in eorum favorem facta. *l 8. §. 2. ff. de inoff. teſtam. l. 22. 25. pen. §. 1. eod. arg. l. 1. §. 5. ad L. falcid.* eleganti *cap. fin. XVII. quæſt. 4.* niſì forent facta à Filiisf. ſuper bonis Caſtrenſibus vel quaſi: illorum enim teſtamenta, donec in ſacris ſuorum Parentum ſunt conſtituti, querelæ inofficioſi non ſubjacent. *l. fin. C. de inoff. teſt. arg. l. 32. in fin. C. de appellat.* (*n*) Evertebat quidem olim querela iſta totum teſtamentum. *l. 6. §. 1. l. 8. §. pen. ff. de inoff. teſtam.* exceptis in lege 8. *§ ult. lege 17. §. 1. lege 28. ff. & lege 13. C. de inoff. teſtam.* paucis caſibus; aſt jure novo ſola hæredis inſtitutio, ſalvis cæteris, etiam in fratris teſtamento, expungitur. *Nov. 115. cap. 3. in fin. & cap. 4. in fine.* (*o*) Cæterum

(h) Obſt. *l* 14. C. *de ſent. & interlocut omn jud.* l. 23 *ff de judiciis.* Can. *accuſatores § cujus in agendo III. quæſt 8* l 20 *in fin ff de re jud.* l *ult.* C *de fructib & lit. expenſ cap in judiciis de reg jur. in 6.* (i) Obſt l 8. § 13. *ff de inoff teſtam.* (k) Obſt. l 34. C *de inoff. teſtam. l 9. § 2 ff de lib & poſth.* l 6 *de injuſt. rupt. & irrit. teſt.* l 7. *ff ſi tab. teſt. nulla extab.* (l) Obſt. l 1 *ff &* l 21 C *de inoff. teſtam.* (m) Obſt. *Nov. 118 cap 2 & 3. Nov. 127. cap 1. l. 6. § 1. ff de inoff teſtam.* (n) Obſt. *Nov. 115. cap 4. Nov 123. cap. 19.* (o) Obſt. *l 3. ff. ſi à Parente quis manumiſſ ſit § 34. inſt. de legatis.* (p) Obſt. *Nov 118. junct Nov 115. cap 3 & 4 in fine. l 6. § 2. l 14. § 1. ff de inoff. teſt. l 3. § 17 cum ſeq. ff ad SC. Tertull. l 10 § fin ff de bon. poſſ contra tab.*

rum ſicut rupto forſan ad inſtantiam patris teſtamento filii, in caſu non inſtitutæ turpis perſonæ, fratres defuncti unà cum Patre non puto admittendos eſſe. *arg. l. 10 §. 4 ff. de bon. poſſ. contra tab.* (p) ità querelæ huic locū eſſe nego, ſi VEL relicta ſit legitima, quæ rectè aliàs dicitur portio portionis ab inteſtato debitæ, *l 6. C l. 8. §. 8 ff. & §. ult. Inſt. de inoff. teſtam.* & quidem quoad eſſentiam portio hæreditatis. *§. 3. inſt. de inoff. arg. l. 27. §. 13 ff. ad SC. Trebell.* (q) vel maximè ideò, quia non tantum jure novo, ſecund. *Nov. 115 cap. 3. in pr.* ſed etiam jure veteri inſtitutionis titulo relinquenda eſt. *l 30. ff. de lib. & poſth. pr. & §. 3. inſt. de exhæred liber.* (r) VEL legitimæ nomine aliquid relictum ſit de ſe adhuc inſufficiens; ad ſupplementum enim ejus, quod deficit, perſonalis perpetua actio prodita eſt, non dicta querela. *l. 30. C. de inoff. teſtam.*

## XXIV.

PRæter illam ex cauſa inofficioſi introductam extraordinariam & quinquennalem petitionem hæreditatis eſt & ſimplex HÆREDITATIS PETITIO ordinaria, pariter actio realis. *l. 8. 25. §. 18. l. 49. ff. l 3. C. de hæred. pet.* (s) ſed tamen perpetua. *l. 7. C. de hæred. pet. l. 4. C. in quib. cauſ. ceſſ. longi temp. præſcript.* hæredi ex cauſa teſtati, inteſtatique. *l. 8. ff. de hæred. pet. l. 46 ff. de bon. libert. l. 19. in med. ff. de inoff. teſtam. l. 17 §. 1 ff de acquir. vel omitt. hæred.* ità competens, ut ab eo, ſi aliquis, qui fictione juris pro poſſeſſore habetur, victus æſtimationem hæreditatis præſtiterit, verus etiam poſſeſſor ad rem ipſam in rigore juris efficaciter conveniri poſſit. *l. 13. §. ten. ff. de hæred. pet. l. 7. ff. de rei vind.* (t) nec huic poſſeſſori in caſibus, in quibus expenſarum deductio ipſi permiſſa, actio, ſed ſola rerum poſſeſſarum retentio, & doli exceptio ad earum recuperationem fuerit comparata. *l. 33. in fin. ff. de condict. indeb. l. 48. ff. de rei vind. §. 30 inſt de rer. diviſ. l. 14 ff. de doli mali & met. except.* (u)

## *De proſecutione actionum realium verſantium circa Jus in re particulare Dominii directi, vel utilis.*

## XXV.

JUs in re non hæreditarium univerſale, ſed aliud particulare ſæpè perſequimur actionibus realibus: ſic ad veri dominii perſecutionem datur rei vindicatio, *l. 1. ff. de rei vindic.* quâ Dominus rem ſuam ab alio fortè poſſeſſam obtinere poteſt dominio ſuo legitimè probato. *l. 25. ff. de oblig. & act.* Licet autem non ſufficiat Actorem ex cauſa nova ſpeciali, lite ſuſceptâ, eáq; pendente, natâ dominium eſſe conſecutum. *l. 23. ff. de judiciis. l. 11. §. 4. & 5. ff. de except. rei jud. Junct. l. 79. ff. de jud. & l. 7. §. ult. ff. ad exhib.* (x) ad id, ut hanc vindicationem inſtituere cum effectu valeat,

(q) Obſt *l 6 C 8 § 9. ff. de inoff teſtam. arg l 39 § 1. ff de V S. l 72 ff de jure dot l 6. C de collat.* (r) Obſt. *§ fin inſt. l 8. § 8. ff de inoff teſtam. Nov 18 cap 1. l. 32 ff. ad L. Falcid. l 4 ff ubi pupill. educa. deb.* (s) Obſt. *l 7 C de hæred. pet. l 20 § 1 & 2. l. 25. § pen. eod junct l 13. ff de rei vindic.* (t) Obſt. *l. … § 1. ff de re jud. l 8. 20. ff de interrog in jure faciend. l 24. 25. 26 ff de noxalib. act.* (u) Obſt. *l. 5. ff de rei vind. l un. § 5 in fin. C. de rei uxor. act. l 18. § 2. ff commodati. l 40 § 1. ff. de condict. indeb. l … ff de reg. jur. l 38 ff de hæred. pet. l 36 § 1. ff de hæred. pet.* (x) Obſt *l 27 § 1. ff de rei vind. l 4. … § 1. ff de pet. hæred. l 7 § 4 ff ad exhib.*

leat, ſi ab initio jam tum iſtam ſpecialem cauſam velut aſſerti ſui Dominii fundamentum expreſſerit, nihilominus reverâ ex hujuſmodi cauſa emergente Dominus denique declarari poterit, ſi vindicationem inſtituerit nullâ dominii certâ aut ſpeciali cauſâ ſub initium expreſsâ. *cap. 3. de ſent. & re jud. in 6.* id quod tamen non concedendum illi, qui rem alienavit, etiam illam, cujus ex poſt prius factus eſt Dominus. *l. 25 ff. de adopt. l. 4. C. de revocand. donat. l. 72. ff. de rei vind. l. 1. pr. & tot. tit. ff. de except. rei vend. & trad. l. 17. ff. de evict. l. 3. C. de reb. alien. non alien.* (z) adeò ut neque hæres rem ſuam à defuncto venditam vindicare poſſit. *l. 14. C. de rei vind. l. 11. 13. 14. C. de evict. l. 73. ff. eod.* (a) modò venditioni acceſſerit traditio, ſinè qua nullum jus in rem tranſivit. *l. 20. C. de pactis.* ſcilicet ob defectum dominii, ob quem defectum quoque mulier res pecuniâ dotali per maritum ſuo nomine comparatas hac vindicatione petere nequit. *l. 12. C. de jure dot. l. fin. C. de ſervo pign. dato manumiſſo. arg. l. 25. §. 1. ff. de pet. hæred* (b) Cum verò actorem in hac actione Civili ob ſæpè nimis deficientem dominii probationem, quæ difficillima eſt, cauſâ cadere contingeret, & poſſeſſorem abſolvi, *l. 9. ff. & 21. C. de rei vindic.* ſuccurrit Prætor commodius dando remedium, quod publiciana in rem actio dicitur, & pro cujus efficacia ſatis eſt in actore apparere bonam fidem & juſtum titulum, quo acquiſita res fuerat à tertio, contra quem agendum eſt, detenta: *§. 4. inſt. de act. arg. l. 136. ff. de reg. jur.* ad hanc enim rem recuperandam titulus cum bona fide eſt inſtar dominii, & jure Canonico quaſi dominium vocatur. *cap. 3. de ſent. & re jud. in 6.* (c)

## XXVI.

SIcut ex dominio directo directa, ità ex utili dominio utili rei vindicatio naſcitur. Talis utilis rei vindicatio conceſſa eſt ſuperficiario. *l. 74 & ſeq. ff. de rei vind. l. 1. § 1 3 & 4. ff. de ſuperfic.* Vaſallo. *tit. 8. §. pr. rei autem. feud. 2.* Emphyteutæ. *l. 1. 2. 3. ff. ſi ager vectig.* contra quemvis ſuperficiei, rei Feudalis, vel Emphyteuticæ poſſeſſorem, etiam ipſum dominium directum. Eſt autem utique hujuſmodi generis vindicatio & ea imprimis, quæ Emphyteutæ competit, diſtincta ab actione perſonali Emphyteuticaria immediatè orta ex contractu Emphyteutico: quem ego quidem contractum aliàs juris gentium eſſe ſuſtineo, propter *§. 3. Inſt. de locat. conduct. l. 5. de juſt. & jure. l. 1. ff. ſi ager vectig. l. 1. ff. de reb. eor. qui ſub tut.* & bonæ fidei. *arg. cit. ll.* (d) & de ſe merè conſenſualem, citra diſtinctionem, Eccleſiaſtica an Civilis res in Emphyteuſin data ſit. (e) nam Prælatos Eccleſiarum Emphyteuſin, etiam perpetuam, cum obſervatione ſolennitatum facere, antiquam quoque ſinè illis renovare poſſe, apparet ex *cap. 7. ✠ de reb. Eccleſ. non alien. Nov. 7. cap. 3. §. quia verò. Nov. 120. cap. 6* (f) licet de cætero directus Dominus aut Eccleſiæ Prælatus finitam tempore aut generatione Emphyteuſin in poſſeſſore aut hærede ejus renovare non tenetur. *arg. l. 14. C. de contrah. empt. l. 32. C. de locat. conduct. Nov. 7. cap. 3 §. 3* (g)

(z) Obſt. l. 20. ff. *qui & à quib. manum.* (a) Obſt. l 20 ff. *de acquir. rer. Dom.* l 12 ff. *de evict. l. 73. ff eod. l fin. C eod.* l 2. C *ſi adverſ. rem jud.* l 7 C *de agric. & cenſit.* l 1. C *de bon mater. cap. 6 ✠ de reb Eccleſ. non alien.* (b) Obſt. l 22. § *ult ff ſoluto Matrim. l 26 & ſeqq.* l 54 ff *de jure dot. Junct.* l 78. § 4. ff *eod.* (c) Obſt. l. 7. § 6 ff *de publ. in rem act.* l 12 § 1 & l 15. ff. *eod.*
(d Obſt. § 3. *inſt. de locat. conduct.* l 1. C *de jure Emphyt* § 28. *inſt. de act.* (e) Obſt. *Nov 120. cap. 3 & 6.* § 2 *Nov 7. in pr.* l 1. C *de jure Emphyt.* (f Obſt. *cap 5. ✠ de reb Eccleſ. non alien:* (g) Obſt. l 1. § 44. ff *de aqua quot. & æſt.* l 4. C *de locat. præd. civil.* l 1. *in fin.* C *de metallar. & cap. 1. § qualiter olim pot. feud. alien. tit. 9. lib 2. Feud* l 3 § 5. C *de advocat. diverſ. jud.*

## *De proſecutione actionum realium verſantium circa ſervitutes, Jus decimandi, aliáve jura incorporalia.*

### XXVII.

AD jura in re pertinent etiam Servitutes, per quas aut perſonæ, aut prædio alteri res (nam Servitus, quâ perſona rei ſerviat, nulla datur (*h*) ) ad certa onera ſubjectæ ſunt. Ubi primam meretur conſiderationem ſervitus perſonalis uſusfructûs, ſivè jus utendi fruendi rebus alienis ſalvâ earum ſubſtantiâ, *l.1. ff de uſufr. & quemad.* quod conſtituitur VEL à lege, cujus exempla habentur in *§.1. & 2. Inſt. per quas perſon. cuiq; acquir. in l.6. §.3.* C. *de bon. quæ lib. in Nov. 22. cap. 46. § 2. & auth. ex teſtam.* C. *de ſecund. nupt. in l.2. & 5.* C. *eod.* VEL à judice in judiciis diviſoriis, *l.6 §.1. ff. de uſufr. l.6. §.1. ff. fam. ercis. l.6. §.10. ff. com. divid. § 4. & 5. inſt. de off. jud.* VEL à Domino, cui eſt liberum de re ſua diſponendi arbitrium, & ab hoc quidẽ VEL §.1. *Inſt. de uſufr. & quemad. l.3. ff. eod.* actu inter vivos, VEL etiam ultimâ voluntate, *cit. §. Inſt. & l.3. ff. de uſuf. & quemad.* quâ poſteriore ſi relinquatur, ſinè ulteriori traditione hæredis rectâ viâ in legatarium illud tranſire probabile eſt. *l.64 ff. de furt. l.10. & 29. ff. de uſuf. l.80. ff. de Leg. 2.* (*i*) Uſusfructus iſte debet conſtitui in rebus, quarũ uſus non eſt in abuſu (quæ enim ipſo uſu conſumuntur, neque naturali, neq; civili ratione verũ, ſed tantum quaſi uſumfructum recipiunt. §.2. *Inſt. de uſufr.*) ſemélq; legitimè conſtitutus tribuit quidem poteſtatem percipiendi omnes è re fructus, *l.7 §.1. l.9. §.2.4. §. l.10.12. § fin. ff. de uſufr. & quemad. l.13. ff. quib. mod. uſusfr. amitt.* etiam JusPatronatûs Eccleſiaſticum, caſtro ſimpliciter in uſumfructũ conceſſo annexum, exercendi, *arg. cap.7. ✠ de jure Patronat.* utì & ſuo modo jus accreſcendi; *tot. tit. ff. de uſufr. accreſc.* ſic tamen, ut fructuario antè perceptionẽ fructuum etiam maturorum mortuo, hæredibus ejus ne perſonalis quidẽ ad eos ſit actio, *§.36. inſt. de rer. diviſ. l.13. ff. quib. mod. uſusfr. l.8. eod. l.8. in fin. ff. de ann leg. l.25. §.1. in fin. ff. de uſur.* (*k*) Inter modos autem amittendi uſusfructûs relatos *in §.3. inſt. de uſufr. l.64. & ſeq. ff. quib. mod. uſusfr. amitt.* ſicut ceſſionem extraneo factam malè numeraveris; *§.3. inſt. de uſufr.* (*l*) ità ex prævíſo rei fructuariæ ad proprietarium reditu natam, fructuarioque incumbentem cavendi neceſſitatem, SIVE de re eadem in genere, vel æſtimatione ejus reddendâ quoad quaſi uſumfructum. *l.7* ff. *de uſufr. ear. rer. quæ uſu conſum. §.2. inſt. de uſufr.* SIVE de re utenda arbitrio boni viri, & finitâ ſervitute in ſpecie reſtituenda, quo ad verum uſumfructum *l.1. pr. & §§. ſeqq. l.5.* ff. *uſuf. quemad. l.13.* ff. *de uſufr.* cum hæres, non autem teſtator, eam remittere poſſit, l. *pen.* C. *ut in poſſ. legat* l.*1.* C. *de uſufr.* l.6. ff. *ut in poſſ. legat. nom.* (*m*) rectè negabis eſſe de ſubſtantia veri, vel quaſi uſusfructûs. l 5 ff. *de uſufr. ear. rer. quæ uſu conſum.* l.7. ff. *uſufruct. quemad.* l.*9. § 4. ff. ad exhib.* (*n*)



Ser-

(h) Obſt. l 44 ff *de manum. teſt.* l 71: § 2. ff *de condit. & demonſtr.*
(i) Obſt *l 3. ff de uſufr & quemad § 21. inſt. de legat. l 78 § 2. ff. de leg. 1. l 1. § 2. ff. ſi uſusfr. pet. arg. l. un. § 2. ff quando dies uſusfr. leg. cedat.* (k) Obſt. *l 26. ff de uſufr. & quemad l 5. § 4. ff. ſi uſufr. pet. l 78. ff. de jure dot. l. 7. § 1. ff ſolut. matrim.* (l) Obſt. *l 66. ff. de jure dot. l. 1. § 4. l 18. § 1 l. 44. ff. de acquir. poſſ.* (m) *l pen.* C. *ut in poſſ. legat. l 21. ff. de reg jur. Nov. 1, cap. 2. in fine.* (n) Obſt. *l. 4. 7. pen ff. de uſufr. ear. rer. quæ uſu conſum. l 2. eod. § 1. inſt. de uſufr.*

XXVIII.

SErvitutes REALES jura prædiorum dictæ, quod ſinè prædiis eſſe non poſſint: *§. 3. inſt. de ſervit. præd.* l. 86. ff. *de verb. ſignif. junct.* l. 12. ff. *quemad. ſervit. amitt.* (o) & quidem jura dominanti commoda, ſervienti damnoſa: l. 59. ff. *de contrah. empt.* (p) à qualitate prædiorum aut urbanæ, aut ruſticæ nuncupari ſolitæ, l. 1. ff. *de ſervit.* quarum ſpecies varias videre eſt in *tit.* 2 & 3 ff *de ſervit.* præter cætera cum ſervitutibus PERSONALIBUS id commune habent, ut poſt legem ſcriboniam longi temporis præſcriptione conſtitui poſſint, l. *ult in fin.* C. *de præſcript. longi tempor.* etiam nullâ Domini ſervientis prædii ſcientiâ exſpectatâ. *cit.* l. *ult. in fin.* C. *de præſc. longi tempor.* (q) In hoc ſervitutum ſivè realium, ſivè perſonalium jure fundatur in rem actio confeſſoria, civilis ac perpetua, competens aſſerenti conſtitutam ſibi eſſe ſervitutem, contra quemvis in uſu ejus impedientem. l. 10 §. 1. *ff. ſi ſervit. vind.* l. 1. §. 25. ff. *de aqua quotid. & æſtiv.* l. 1. *pr.* & § 1. *l.* 5. §. 1. ff *de uſufr. pet.* l. 60. §. 1. ff. *de uſufr. & quemad.* cui opponitur actio realis alia negatoria civilis pariter, ac perpetua fundata in prædialis libertatis jure dominico, proindéque conceſſa ad id Domino Prædii ſui libertatem aſſerenti, ut illud declaretur liberum reſpectu ſervitutem uſurpare intendentis. l. 4. §. 7 *ff. ſi ſervit. vind.* Hæc negatoria actio, ſicut & prior confeſſoria DIRECTE tantũ inſtituitur in materia aſſerendæ ſervitutis, aut libertatis ab ea, UTILITER tamen, arg. §. 2. *Inſt. de act.* adhibetur in aſſerendis, negandíſve aliis juribus incorporalibus, tũ temporalibus, tum ſpiritualibus; inter quæ poſtrema valdè eminent jus decimandi & beneficium Eccleſiaſticum, eam cum jure ſervitutis, & præſertim perſonalis uſusfructûs, habentia affinitatem. *text. in Can.* 3. *XVI. q.* 2. & *cap.* 4. ⁊ *de præſcript.* ut putem *arg.* §. 36. *J. de R. D.* & l. 13. ff. *q. m. V. am.* & *text. in cap.* 40. *de elect. & elect. pot. in* 6. & *cap. fin. de off. ord. in* 6. verius eſſe de rigore ſcripti juris, quod beneficiatus, ſi intra annum decedat, beneficii fructus nondum perceptos nequidem pro rata temporis ad hæredes ſuos tranſmittat, (r) licet aliàs admittam decimatorem, qui ex Privilegio ſimpliciter jus decimandi nactus eſt, non gaudere facultate percipiendi decimas ex fundis novalibus: ſivè is Laicus ſit, *cap.* 25. ⁊ *de Decim.* ſivè Clericus. *arg. cit. cap.* 25. ⁊ *de Decim.* & *cap.* 2. *eod. tit. in* 6. (s)

## *De proſecutione actionum perſonalium ſimplicium, participantium aliquid de natura actionum realium, præſertim in materia damni injuriâ, aut ſinè ea dati.*

XXIX.

PLerarumque actionum realium, hucuſque enarratarum ea eſt natura, ut dentur contra quemcunque rei, quam perſequimur, poſſeſſorem, & is effectus, ut jus in re, & præſertim dominium, ſi vindicetur, certum magis evadat. De natura iſta par-

(o) Obſt. l. 23. § 1. ff. *de ſervit. præd. urb.* l. 25. § 10. ff. *fam. Erciſc.* l. 20. ff. *de ſervit. præd. ruſt. Junct.* l. 4. ff. *de ſervit.* l. 1 § 12. ff. *de aqua quotid. & æſtiv.* l. pen. *Junct.* l. 1. ff. *de ſervit præd. ruſt.* (p) Obſt l. 1. § fin ff. *de aqua pluv. arcend.* l. 19. ff. *de ſervit.* (q) Obſt l. 2. C. *de ſervit. & aqua.* l. 16. ff. *de ſervit. vindic.* (r) Obſt. *arg cap.* 16. ⁊ *de probat.* & l. 7. § 1. & 3 ff. *ſolut. matrim.* (s) Obſt. *cap.* 27. ⁊ *de Decim.* *cap.* 22. *de Privileg.*

participant ſubinde actiones etiam perſonales, quæ dantur contra rei alicujus poſſeſſorem quemcunque: uti præter aliàs PRIMO illa in uſu quotidiano, & maximè propter vindicationes tam neceſſaria actio ad exhibendum. l. 1. l. 3 § 3. *& ſeqq ff. ad exhib.* Civilis quidē & ſimplex, ſed arbitraria. § 31. *Inſt. de act.* & præparatoria ad experiendum judicio, etiam poſſeſſorio, l. 3. §. 7. *& 8. ff. ad exhib* SECUNDO frequens olim actio noxalis ex maleficiis ſervorum alienorum prodita. *pr. Inſt de act. nox.* & conſtituta VEL legibus, veluti furti ex lege XII. tab. & damni injuriæ ex lege Aquilia: VEL edicto Prætoris, veluti injuriarum, & vi raptorum. § 4. *Inſt. eod.* quæ caput ità ſequebatur, §. 5. *Inſt. d t. l. 7. ff. eod.* ut, quiſquis hujus actionis inſtitutæ tempore Dominus, poſſeſſórve Servi fuiſſet, is à perſona per ſervum læſa conveniri potuerit ad præſtandam æſtimationem litis aut ſervum noxæ dandum. l. 11. 12. 18 *& paſſim ff. de noxal act.* TERTIO actio de pauperie, arbitraria §. 31. *Inſt de act.* adhuc hodie uſitata, inſtar actionis noxalis lege XII. tab. *pr. Inſt. ſi quadrup. paup.* pro caſu, quo animal irrationale alienum contra naturam ſui generis quadam laſciviâ aut pavore, aut feritate pauperiem fecerit, prodita ad id, ut pauperiem paſſus ab animalis Domino ſatisfactionem valeat conſequi, ſic tamen, ut huic ad liberationem proficiat animal illud noxæ dediſſe. l. *1. in pr. & §. 12 & 17. ff. ſi quadrupes.* niſì fortè ſemel in jure negaſſet animal eſſe ſuum, mendacii námque convictus actori in ſolidum condemnari poteſt. *cit.* l. 1. §. 15. AB HAC poſtrema actione valdè RECEDIT actio Civilis de paſtu l. 14. §. *fin. ff. de præſcript. verb.* utpote competens ad conſequendam ſatisfactionem damni ab animali ſecundum naturam ſinè injuria dati; & de ſe relinquens damnificato facultatem repertum animal non quidem includendi, ſed moderatè expellendi. l. 39. ff. *ad leg. aquil.* (t) & ab animalis Domino ſic exigendi dictam ſatisfactionem, ut noxæ deditionem ipſe acceptare non teneatur. MAGIS autem RECEDIT actio legis Aquiliæ, reſpiciens ſatisfactionem ratione damni injuriâ dati, faciendam cum omni eo, quod intereſt, & accedente temerariâ damni illati inficiatione duplum. §. 19 *inſt. de act.* Lex hæc IN PRIMO capite occiſio nes alieni hominis, alienæve quadrupedis, & (quidquid ſit de SECUNDO capite, in quo probabiliter corruptio ſervorum quoad animum, cujus intuitu actio per ſe in ſimplum concepta fuerat, attingebatur *l. 5 § 2. ff. de ſerv. corrupt. l. 1. §. 3. junct. l. 4. ff eod* (u) poſtea actione de ſervo corrupto in duplum ſubſtitutâ. *l. 1. pr. ff. de ſerv. corrupt.*) IN TERTIO omne damnum injuriâ datum coërcet variis modis relatis in *pr. Inſt. de leg. aquil. l. 2. 21. §. 1. l. 51. §. 2. ff. eod. tit §. 13. & ſeqq. Inſt l. 27. §. 5. & ſeqq. ff. ad leg. aquil.* §. 10. *Inſt. l. 21. §. ult. l. 22. 23. pr. & § 2. l. 33. in fin. ff. eod. tit.* & quidem ità, ut ſi plures concurrerint ad damnum, ſinguli ad dictatam olim pœnam tenerentur, nec cæteros præſtatio unius liberaret, licet non appareret, cujus ictu læſio aut cædes facta eſſet. *l. 11. §. 1 2. 4. l. 51. § 1. & ult. in fin. ff. ad leg. aquil.* (x) datque lex eadem ad damni illius injuriâ dati reparationem duplicem actionem, DIRECTAM unam, dum corpus corpore; UTILEM verò, dum corpus ſinè corpore læſum eſt; cui demum

 ac-

(t) Obſt. *l. 8. ff. de incend ruin. naufrag. l. 9. § 3. ff de damn. infect.* (u) Obſt § 2. *inſt ad l. aquil l. 27. § 4. ff eod.* (x) Obſt. *l. 14. § ult. l. 15. 16. ff. quod met. cauſ. l. 1. § ult. & ll. ſeqq. ff. de his, qui dejecer. vel effud.*

acceſſit actio IN FACTUM prætoria, quando ſinè læſione corporis damnum datum. *§. fin. Inſt. de leg. aquil.* cum quibus actionibus tam civiles aliæ. *l. 7. §. 1. l. 18. §. 1. ff. commodati. l. 7. §. ult. l. 18. 27. § 9. 11 & pen. l. 42. ff. ad leg. aquil.* (y) quàm accuſatio ex lege Cornelia de Sicariis concurrere poſſunt. *l. 23. § 9. ff. ad leg. aquil. §. 11. Inſt. eod.* (z) Licet verò dictæ jam tres actiones ſpeciali ratione perpetuæ ſint, dentúrque hæredibus patientis damnum, contra hæredes tamen damnum facientis, niſi in id, quod ad eos pervenit, de ſe non dantur attento jure Civili; arg. *l. 4. §. fin. l. 5. & 7. ff. de alien. jud. mut. l. 1. & 3. ff. de vi & vi armat. l. 5. ff. de calum. l. 35. ff. de O. & act.* (a) quanquam contra eos extendi poſſe videantur ex diſpoſitione juris Canonici. arg. *cap. fin. ✠ de ſepult. cap. 5. ✠ de rapt.*

## X X X.

MAjorem, quàm actio de paſtu, aut actio legis aquiliæ, cum prædictis actionibus noxalibus affinitatem habet actio, quam SIVE particularem, SIVE popularem Prætor conceſſit, VEL de recepto, VEL de effuſo aut dejecto, VEL etiã de ſuſpenſo; & plerúmq; perpetuam eſſe placuit. *l. 4. § 4. & l. 7. §. 6. ff. nautæ caup. l. 5. § 5. & fin. ff. de his, qui dejecer.* Actio particularis DE RECEPTO ALIA, huc minùs pertinens, in ſpecie dicitur REI PERSECUTORIA, quâ vectores & hoſpites à navium Cauponarum, & Stabulorũ exercitoribus repetere poſſunt, res ab illis titulo gratuito, aut oneroſo receptas, earúmque, ſi çitra caſum fortuitum perierint, æſtimationem. *l. 1. pr. §. 1. 2. 4 6. ff. naut. caup. l. 3. & l. 4. ff. eod.* ALIA huc magìs pertinens in factũ eſſe dicitur & pœnalis, quâ vectores & hoſpites, damnum in navi, Caupona aut Stabulo ab his, qui ibidem habitationis, operarúmque exercendarum cauſa ſunt, paſſi, duplum valent exigere à præmemoratis exercitoribus, *§. fin. Inſt. de oblig. quæ quaſi ex malef. l. 6 § 3. ff. naut. caup. l. un. §. 1. ff furti adverſ. naut.* Actio popularis de effuſo aut dejecto, etiam ſubinde in duplum conceditur: *§. 1. Inſt. de oblig. quæ quaſi ex malef. l. 1. pr. ff. de his, qui effud.* reſpicitq; damnum jam FACTUM, ſi ſcilicet ex loco, quo vulgo iter ſit, effuſum quid dejectúmq; fuerit, unde quis damnũ paſſus eſt. *l. 1. § 4. l. 5. & paſſim ff de his, qui dejec. vel effud.* Econtra actio popularis de ſuſpenſo reſpicit damnum INFECTUM, ſcilicet, ſi in loco ſimili poſitum, ſuſpenſúmve ſit aliquid, unde damnum oriri poſſit data jure Romano, *l. 5. § 6. & ſeq. ff. de his, qui dejec. vel effud.* ad perſequendam pœnam decem ſolidorum. Actio hæc, utì & prior de effuſo, aut dejecto, datur contra inquilinum quemçúnque loci, in quo ſic quid poſitum, effuſum, vel dejectumque, licet ipſe uſque adeò hujus dejectionis, effuſionis, aut poſitionis, vel damni nullam habeat reipſa cognitionem, proindéque nullam veram culpam contraxerit. arg. *§. 1. & §. 3. Inſt. de oblig. quæ ex quaſi malef. l. 1. §. 4. ff. de his, qui dejec. vel effud* id quod, in actione de recepto, *l. 3. §. 1. ff. naut. caup. ſtab.* ſuo modo quoque conſtitutum, ex motivis boni publici, procedit non ſolum in- & pro foro externo, ſed etiam in- & pro foro interno. *cap. 3. & cap. fin. ✠ de injur. & damno dato.* non tamen antè ſententiam judicis, *text. in l. 2.* C *de lege aquil. Junct. arg. cap. 30. 49. & 56. de R. J. in 6.* (b)

De

(y) Obſt. *l 28. ff. ad leg. aquil. l 50. ff. pro ſocio. l 25. § 5. l. 43. ff locati. l 28. §. 1. ff. commodati. l. 9. ff.* (z) Obſt. *l 4. ff. de publ. judic.* (a) Obſt. *§ 9. Inſt. ad leg. aquil. arg. l 7. § 2. ff. de condict. furt. l. 9. ff. d. tit. l. 12. ff. de poſtul.* (b) Obſt. *cap. 2. 4. & cap. fin. ✠ de injur.*

## De proſecutione actionum duplicium, in materia finium regundorum, familiæ Erciſcundæ, & communi dividundo.

### XXXI.

IN effectu reales actiones imitantur tres aliæ actiones dictæ duplices, quia in ſis ſingulæ perſonæ duplex jus habent, agentis, & ejus, quo cum agitur. *l. 10. ff fin. regund. l. 13 ff. de judiciis*, ſcilicet actiones finium regundorum, familiæ Erciſcundæ, & communi dividundo. § *20. inſt. de act.* quæ quidem actiones ità in perſonam ſunt, *l. 1. ff. fin. reg. §. 3. & 4. inſt. de oblig. quæ ex quaſi contr. l. 1. §. 1. C. de an. except. l. 3. C in quib. cauſ. ceſs. longi temp. præſcript.* ut tamen in rem, utpote ex qua venire, *l. 46. ff. de O. & act.* & in quam magìs, quàm in perſonam judicem movere, *l. 4. § 5. ff. fin. reg.* & quâ conſtare *l. 22 §. 4. ff. fam. Erciſc.* dicuntur, valdè probabiliter ſæpius eſſe videantur, ob cohærentem proprietatis vindicandæ controverſiam. *l. 1. & 3. C. fin. reg. l. 1. & 8. pr. ff. eod. l. 1. & 36. ff. fam. Erciſ. l. 4. ff. com. div.* (*c*) Actio finium regundorum, quam CUM ACTIONIBUS STRICTI JURIS aliquid commune habere eruitur ex lege 4. § 2. *ff. fin. regund. junct. l. 35 & 38. §. 7 ff. de uſur.* (*d*) datur non quidem ſocio contra ſocium, confuſis proprii, ac communis agri finibus: *l. 4. §. 7. ff. fin. regund.* (*e*) Sed tamen cuicunque alteri contra alterum ad fines confuſos diſcernendos; nec jure novo in confinibus privatis ultra annos 30. à tempore confuſionis factæ extenditur. *l. ult. C. fin. regund. l. 1. §. 1. de ann. except.* (*f*) quamvis in agris limitaneis, cujuſcunque temporis præſcriptio, etiam hodie dicenda ſit quieſcere, ſecundùm *legem ult. C. de fundis limitrophis. l. pen. C. fin. re.* Cæterũ, quoties ſivè dolo malo, ſivè caſu fortuito confuſio agrorum confinium dederit occaſionem movendæ controverſiæ inter eos, qui in hujuſmodi agris dominium, aliúdve jus in re prætendunt, *l. 4. §. 9. & l. 8. ff. fin. regund.* utiquè ad officium de finibus cognoſcentis pertinet, menſores mittere, & per eos dirimere ipſam finium quæſtionem, ſi ità res exigit. *l. 8. §. 1. ff. fin. reg.* Quo caſu, ſi quis contendentium ex doloſa, falſáque menſione læderetur, huic contra menſores in ſolidum à prætore proviſum eſt actione: *ſi menſor falſum modum*, merè perſonali, ad id, quod intereſt, reſtituendum perpetuò competente. *l. 1. 3. & 4. ff. ſi menſor.*

### XXXII.

CUm actionibus BONÆ FIDEI plurima communia habent actio familiæ erciſcundæ, & communi dividundo. *§. 28. inſt. de act. l. 9 C. fam. erciſ l. 4. §. 2. & l. 14. §. 1. ff. comm. divid.* Per illam agitur inter cohæredes de rebus communibus hæreditariis dividendis, utì & iis, quæ earum nomine fortè præſtari æquum eſt, præſtandis. *l. 1. 16. 19. & paſſim ff. fam. erciſ.* per hanc inter cohæredes, alióſque ſocios ſimiliter agitur de rebus cæteris præter hæreditatem dividendis, & eatenus præſtandis, quæ præſtari æquum eſt. *l. 1. 2. 3. 4. 11. 13. ff. comm. divid.* Id ſpeciale eſt in familiæ erciſcundæ judicio, quòd non obſtante teſtatoris juſſu, ut communio inter cohæredes ſit per-

(c) Obſt. § 20. *inſt de act.* § 3. *inſt. de oblig. quæ ex quaſi contr. naſc. arg.* § 1. *inſt. de act. l. 1. C de ann. except. l. 1. ff. fin. regund.* § 1. *inſt de act.* Junct. *l. 1* § 1. *l. 25.* § 2. *ff fam erciſc. l pen ff comm. divid.*
(d) Obſt. *l 56 ff fam erciſc. l 4* § 5 *ff. fin. reg.* Junct. § 31. *inſt de act.* (e) Obſt. *l. 27. ff. de ſervit. præd. urb. l. 14.* § 1. *ff. ſi ſervit vind, l 6* § 2 & 3, *l. 11.* § 5. *ff. de aqua & aquæ pluv. arcend. act.* (f) Obſt. *l. pen. C. fin. regund.*

perpetua, efficax ſit. arg. *l.* 14. §. 2. *ff. com. divid. l* 70 *ff. pro ſociò.* (*g*) ut tamen ceſſet, ſi ſemel eâ actum ſit. *l.* 20. §. 4 *ff. fam. ercif.* (*h*) proinde ſi poſt inſtitutam hanc actionem quædam indiviſa manſiſſe reperiantur, ad eâ dividenda agendum erit ex dictamine dictæ legis 20 *ff. fam. erciſ.* & *l.* 4. § 2. *ff. comm. divid.* actione communi dividundo, utpote quæ expedita eſt uſque adeò utiliter, ut eâ mediante diviſio fiat rerum titulo quocunque ſingulari, ſeu dominii, ſeu alterius juris in re communium. *cit. l.* 4. & *l.* 7. *ff. comm. divid.*

## *De quibus rebus ad eundem judicem eatur, in ſpecie de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis: de Juramento calumniæ, de jurejurando etiam in litem.*

### XXXIII.

SI inter plures familiæ erciſcundæ agebatur, & inter eoſdem communi dividundo, aut finium regundorum, eundem judicem ſumendum oportebat. *l.* 1. *ff. de quib. reb.* uti & ſi cauſa poſſeſſionis proprietatiſve diſcutienda erat, *l.* 10. *C. de judiciis.* ità ut ex officio judicis pœna immineret ei, qui cauſæ continentiam divideret. *cit. l.* 10. id quod in tantum adhuc procedit, ut actor, qui reo invito abſque juſto motivo continentiam cauſarum harum, vel aliarum dividit, diverſos adeundo judices, plerumque ſic ſit ſuſpectus de calumnia, ut ſubinde neceſſe habeat ad hanc tollendam ſuſpicionem, evitandámque calumniam præſtare Juramentum calumniæ, arg. *cap.* 2. *§. fin. de juram. calumn. in* 6. *l.* 34. *§.* 5 *ff. de jurejur. Nov.* 73. *cap.* 7. Cauſas proprietatis & poſſeſſionis in ſpecie quod attinet, ſicut admitto coram eodem judice, imò in eodem libello proponi poſſe remedium petitorium cum remedio poſſeſſorio adipiſcendæ, recuperandæ atque retinendæ poſſeſſionis. *cap.* 2. 3. 5. 6. ⁒ *de cauſ. poſſ. & propriet.* & § 2. *V. ſanè Inſt. de act. l.* 37. *ff. de judic. l.* 13. *C. de rei vind.* (*i*) ità non nego, relicto remedio poſſeſſorio ſolum petitorium, vel hoc relicto illud ſolum urgeri poſſe. *cit. cap.* 5. ⁒ *de cauſ. poſſ.*

### XXXIV.

JUramentum calumniæ in cauſis etiam ſpiritualibus *cap.* 1. *de juram. calumn. in* 6. locum inveniens, reſpicit præcipuè ſinceritatem adhibendam in initio, decurſúve litis: datur autem, & alia juramenti, ſeu jurisjurandi ſpecies, quâ vel litem decidere, *l.* 1. 2. 3. *ff. de jurejur.* vel litem æſtimare. *l.* 4. 7. *ff. l.* 2 *& ſeq. C. de in lit. jur.* placet. Et quidẽ ſi de lite decidenda agitur, prodeſt eatenus juramentum etiã EXTRAJUDICIALE, ut de benignitate juris prætorii, VEL actionẽ perſonalem in factum ſtricti juris ad conſequendum, in quod juratum eſt, *§.* 11. *inſt. de act. l.* 11. *§.* 1. *& ſeq. d. t. de jurejur.* (*k*) VEL exceptionem producat, *§.* 4. *inſt. de except.* utilem ad conſequendam liberationem à prætenſo debito, imò, & ad impediendum litis ingreſſum. *l.* 7. 8.

(g) Obſt. *l* 114. § 14 *ff. de legat.* 1. *l. ult* § 3. *ff. de legat.* 2. *l.* 75. *ff. ad SC Trebell.* (h) Obſt. *l.* 1. *C. fam. Erciſc. l* 9. *ff. de except. rei judic.*

(i) Obſt. § 2. *V. nam in his. Inſt de act. l* 1 § 6. *ff uti poſſid. l* 12 § *nihil ff. de acquir. vel amitt. poſſ. l. ſi de proprietate C ſi à non compet. jud.*

(k) Obſt. *l* 9 § 3. *l* 26 § 2 *l* 29 *ff de jurejur.*

l. 9. pr. ff. de jurejur. cap. 1. de lit. conteſt. in 6. omni quæſtione perjurii ſemotâ l. 1. C. de reb. cred. & jurejur. l. 9. §. 1. l. 5 § 2. ff. de jurejur. l. 28. §. ult eod. § 11. inſt. de act. JUDICIALE verò ſi ſit, adjunctam habet neceſſitatem aut præſtandi illud, aut referendi; l. 9. C. de reb. cred. & jurejur. l. 38. ff. de jurejur. niſi juſtiſſima ſit recuſationis cauſa, qualis non eſt, quòd deferens aliquâ fortè juris præſumptione munitus ex parte ſuâ nihil probaverit. l. 11. §. 3. l. 35. pr. ff. de jurejur. l. 25. §. 3. ff. de probat. §. ult. inſt. de fideicom. hæred. l. ult. C. de fideicom. (l) nec quòd in probatione ſuſcepta defecerit. d. jam cit. (m) Quod, ſi de lite æſtimanda tractatur, ſolet adhuc, cum juramentum litis æſtimatorium aliud ſit veritatis, aliud affectionis. text. in l. 2. & 4. & ſeq. ff. de in lit. jur. utiliter diſtingui, ut juramentum veritatis procedat in omnibus cauſis, quacunque actione, reali, ac perſonali, bonæ fidei ac ſtricti juris, aut aliâ in judicium deducti, ſ. cit. l. 2. & 4. junct. l. 5. & l. fin. d. tit. ff. de in lit. jur. Juramentum autem affectionis non deferatur in cauſis, quas perſequimur actionibus ſtricti juris. d. l. 5. §. fin. l. 6. & l. fin. ff eod. (n)

*De rebus creditis, quarum conſideratione datur mutui, indebiti, aliâve ex cauſa condictio ſtricti juris, & quandoque exceptio ex Senatus-Conſulto Macedoniano, aut Vellejano.*

XXXV.

PORro inter cauſas, quas actione ſtricti juris perſequi licet, celebris eſt PRIMO cauſa mutui; eſt autem mutuum verus contractus (o) ſtricti juris. arg. l. 6. ff. de eo, quod certo loco, refinitus, pr. inſt. quib. mod. re contrah. obl. l. 2. §. 3 l. 30. ff. de reb. cred. l. 3. §. ult & l. 4. ff. ad SC. Maced. id eſt, rei fungibilis verâ, aut fictâ etiam traditione, ut evincit Lex 11. ff. de reb. cred & l. 15. eod. perfectus, ex neceſſitate antecedente dominii translativus. pr. & §. 2. inſt. quib. mod. re contrah. oblig. l. 9. pr. ff. de reb. & conſ. tut. & l. 16 ff. de reb. cred. (p) Unde mutuum dare non poteſt, niſi Dominus cum libera adminiſtratione l. 2. §. 2. ff. de reb. cred. §. 2. inſt. quib. alien. licet. nec accipere, niſi efficacis capax obligationis, utpote condictione certi conveniendus ad tantundem in genere, ejuſdem bonitatis & quantitatis, l. 3. ff. de reb. cred. & in ſpecie monetæ, ſic tamen, ut hujus mutatio inter diem mutui dati, ac reſtitutionis ipſius debitoris lucro, aut damno cedat, l. 102. ff. de ſolut. l. 1. ff. de contrah. empt. reſtituendum. (q) Talis mutui contractus non hoc ipſo habetur, quòd habeatur aliqua confeſſio numerationis, quæ ſecuta non eſt, facta chyrographo, imò nequidem ex confeſſione concurrente promiſſione de reſtituendo, inducitur efficax obligatio literarum. l. 6. C. de compenſat. l. 1. § 1. ff. de oblig. & act. l. 1. §. pen. ff. de pactis. junct. l. 3. C. de non num pecun. (r) nam ex ea agens exceptione in rem intra biennium privilegiatâ, l. 3. 8. 10. 12. C. de non num. pecun. tit. inſt. de liter. oblig. poſt illud biennium

(l) Obſt. l 4 C de edendo. l 7 C de teſtib. l. 11 § 2 & 3. l 12 & 13 ff de act. rer. amot. (m) Obſt. cap. ... de jurejur. l 11 C de reb. cred & jurejur. (n) Obſt. l 60 § 1 ff. ad L. falcid. l 41 § 1 ff de re jud. (o) Obſt. l 10 & 19. ff de verb. ſignif. (p) Obſt. l 15 § 2. l 72. ff. de verb. ſignif. l. 25. ff. de ſolut. (q) Obſt l 8 § 1. ff. de condict. furt. l 3. ff. de condict. tritic. l. pen. ff. de contrah. empt. (r) Obſt. l. 38. de oblig. & act. § un. tit. inſt de liter. obligat.

nium exceptione ſimplici non numeratæ pecuniæ, perpetuò, repellitur. arg. *l.* 2. §. 3. *l.* 5. § *ult.* ff. *de doli mali & met. except.* *l.* 6. C. *de legib.* *l.* 25. ff. *eod.* (s) Licet autem verus talis contractus mutui fiat, ſi filiof. revera pecunia numeretur, tamen etiam contra filium, patrem, aut hæredes utriúſque efficax non datur actio creditori: hic enim exceptione SCti Macedoniani § *ult. inſt. quod cum eo, qui in alien. poteſt.* *l.* 1. 7. §. 10. *& paſſim* ff. *ad SC. Maced.* etiam parte per Patrem ſolutâ *l.* 9. *pr.* §. *pen.* *& ult.* ff. *ad SC. Maced.* (t) repelli poteſt, quod forum ex- & internum, niſi fortè creditor eſſet minorennis & debitor filiusf. ex mutuo locupletatus eſſet l. 34. ff. *de minor.* Scilicet minorennium creditorum ea in jure habetur ratio, ut, ſi apud eoſdem pro alio debitore mulier interceſſiſſet, exceptione Senatus-Conſulti Vellejani, quâ alioquin utitur mulier, removeri nequeant, quin denique ſuum ab ea, ſi debitor ſolvendo non ſit, conſequantur. l. 12., ff *de minor.*

## X X X V I.

CElebres ſunt SECUNDO cauſæ, in quibus, utì in mutuo, condictione ſeu ſpeciali, ſeu generali agitur ad aliquid recuperandum, aut acquirendum. SIC, ſi quid à me datum ſit OB CAUSAM futuram undiq; JUSTAM, eâ non ſecutâ illud ſpeciali condictione: *causâ datâ causâ non ſecutâ*, poſſum repetere. *l.* 3. *pr.* & §. 1 ff *de cond. cauſ. dat. cauſ. non ſecut.* & *l.* 3. *C. eod.* ubi ſub nomine dati etiam acceptilationē intellectam velim. l. 4. & 10. ff. *de condict. cauſ. dat. cauſ. non ſecut.* (u) SIC etiam, ſi cauſa, ob quam quid dediſti, turpitudinem aut injuſtitiam ex parte ſolius accipientis contineat, ad hoc repetendum ſpecialis condictio, ſcilicet OB TURPEM VEL INJUSTAM CAUSAM danti tibi eſt accommodata. l. 1. §. *fin.* & l. 2. ff. *de cond. ob turp. vel injuſt. cauſ.* SIC pariter SPECIALIS actio, indebiti nempè condictio, præparata eſt illi, qui errore facti, non etiā, qui errore juris, indebitum ſolvit *Inſt. de oblig. quæ quaſi ex contract. naſ.* l. 1. ff. *ut in poſſeſſ. leg. vel fideic. ſerv. cauſ.* l. 9. *pr.* ff. l. 2. & 10. C. *de juris & facti ignor.* (x) ceſſante ob translatum in accipientem dominium l. 36. ff. *de acquir. rer. dom.* l. 13. ff. *commodati.* vindicatione; (y) modò ſolutum illud nullo modo, ne naturaliter quidem fuerit debitum, l. 13. & 64. ff. *de condict. indeb.* utì etiā non eſſe debitum reputatur id, quod per exceptionem perpetuam in debitoris favorem introductam retineri poteſt. l. 26. §. 3. l. 40. ff. *de condict. indeb.* (z) Cum his aliíſque ſpecialibus ex contractu, vel quaſi reſultantibus condictionibus concurrit GENERALIS condictio ſinè cauſa. l. 1. 2. ff. *de condict. ſinè cauſ.* quæ etiam ſubinde concurrit cum nata ex delicto condictione furtivâ, contra furem, illiúſque hæredes, licet nihil ad eos pervenerit. l. 9. ff. *de condict. furt.* (a) domino rei furtivæ, & quorum

(s) Obſt. l 1. 14. & *paſſim* tit. C *de non num. pecun.* tit. *Inſt. de liber. oblig.* l. 56. ff *de re judic.* l. 10. C *de non num. pecun.* l 23. C *de probat.* l 14 § 3 C *de non num. pecun.* *Nov.* 136 *cap* 6. *circa fin.* l *ult.* C. *de condict. ex lege.* l 3 C *depoſiti* *junct.* l 8 § 13. ff *de inoff. teſtam.* (t) Obſt. l 7 § *fin.* ff. l & l 2 C *ad SC. Maced.*

(u) Obſt. l 9. *Junct.* l 5 § 3. & l. *pen.* ff. *de praſcript. verb.* (x) Obſt l 7. ff. *de jur. & facti ignor.* l. 7. ff. *de condict. cauſ. dat.* l 7. ff. *de condict. ob turp. cauſ.* l 2. 3. 23 § 2. l 32 § 1. l. 43 54. 50 ff. & l. 5 C. *de condict. indeb.* (y) Obſt. l 18. ff. *de reb. cred.* (z) Obſt. l 28 & l. 60. ff. *de condict. indeb.* (a) Obſt. l. *ult.* C. *rer. amot.* *Junct.* l. 6. § 4. ff. *de act. rer. amot.* l 3 § 12. ff *de peculio.* l. 9. § *ult.* & l. 10. ff. *de tut. & rat.* l. 25. *pr.* & § 1. ff. *de furtis.* *Junct.* l. 3. *pr.* ff. *de vi & vi armata.*

rum intereſt. l. 1. 12. §. *ult. ff. de condict. furt.* l. 22. ff. *de pignor. act.* ſpeciali ſanè ratione conceſſa. (*b*) Cæterū negari nequit, quòd ſæpè etiam lex aliqua nova perſonalem det actioné, non expreſſo ejus nomine: *l. un. ff. de condict. ex lege*, quæ proinde CONDICTIO EX LEGE dicitur, cujus exempla occurrunt in lege 35. §. *ult. C. de donat. l. 30. & 35. §. 2. C. de inoff. teſt. l. 27. §. ult. l. 28.* ff. *ad leg. Jul. de adult. Junct. l. 3. C. eod.*

## *De compenſatione, & æſtimatione rerum creditarum, quæ debentur ex contractu præſertim mutui, alióve actu ſtricti Juris, occaſione ſivè ſolutionis certo loco faciendæ, ſivè ex pacto de conſtituta pecunia.*

### XXXVII.

CUm verò contingat creditores, quorum appellatione hìc omnes accipio, *arg. l. 11. ff. de V. S.* quibus ex qualibet cauſa debetur, non ſtatim conſequi rem debitam, poſſunt ii profectò (niſi fortè mutuum hinc inde debitum liquidum. *l. 4. & l. fin. §. 1. C. de compenſ.* purum, *l. 7. & l. 16. ff. d. t. de compenſ.* & quantitativum. *arg. l. 2. & 3. ff. de reb. credit.* ſit per compenſationem contributum: *l. 1. ff. de compenſ.* ejúſque intuitu competens hinc inde actio ſublata ipſo jure. §. 30. *inſt. de act.*) mediante generali prætoriâ condictione Triticariâ adire judicem, ut is hanc rem, modò à nummis pecuniariis diſtincta ſit, æſtimet, & moroſum debitorem condemnet in factam æſtimationem *l. 1. & ſeq. ff. de condict. trit.* non quidem in ſuppoſito, in quo æſtimatio rei fuit principale contractûs objectum, utpote actione ex eodem contractu petenda, arg. *l. 28. ff. de novat. l. 37. ff mandati. l. 22.* ff. *de oblig. & act.* ſed in caſu, quo ipſa res principaliter obligatione comprehenſa fuit, ità tamen, ut terminus, à quo æſtimatio maxima præſtanda, ſit tempus moræ: & terminus, ad quem, in bonæ fidei judiciis ſit tempus rei judicatæ; in ſtricti autem juris judiciis ſit tempus litis conteſtatæ. *l. 3. § 2.* ff. *commodati. l. 37. in fin. ff. mandati. l. 3. in fin. ff. de condict. trit. l. 3. §. 3. ff. de act. empt.* (*c*)

### XXXVIII.

OCcaſio aliqua hujus generis æſtimationem petendi, accipiendíque occurrit, ſi præſtationi rei ex negotio STRICTI JURIS debitæ locus certus ſit aſſignatus, Prætor ſiquidem ſpecialem, eámq; perſonalem, arbitrariam dedit actionem. De eo, QUOD CERTO LOCO *l. 1. 2. pr. & §. ult. l. 3. ff. de eo, quod certo loco*, contra debitorem in mora conſtitutum *l. 2. §. 6 ff. de eo, quod certo loco. l. 137. §. 2.* ff. *de V. obl.* in alio loco, in quo ſcilicet is forum ſortitur *l. 19. §. ult. ff. de judiciis*, inſtituendam (*d*) ex qua Judex etiam in plus iſtum condemnare poterit, benè habitâ ratione, & rei, & actoris, intereſſe. *l. 2. pr. & §. ult. ff. de eo, quod certo loco.* Actioni huic de eo, quod certo loco dari oportet, locus eſſe poteſt, ſi quid certo loco Conſtitutum, neque præſtitum fuerit. *l. 16. §. 1* ff. *de conſtit. pecun.* Conſtitutum enim eſt pactum legitimum etiam negotiis ſtricti juris annumerandum, *arg. d. l. 16. § 1. Junct. arg. §. 28. inſt. de act. & l 7. ff. de eo, quod certo loco*, ex quo Prætor de conſtitutâ pecuniâ actio-

D nem

(b) Obſt. l 14 § 16. ff *de furtis.* l 1. ff. *de condict. furt.* § 14. *inſt. de act.* L ult *in fin. ff. uſufruct. quem-d. caveat.*

(c) Obſt. l 28 *circa fin. ff. de novat.* l 22. ff. *de reb. cred.* l 4. *pr. ff de eo, quod certo loco. l. 31.* ff. *de reb. cred.* l 11 ff. *de re jud.* l 114 ff *de verb oblig.* (d) Obſt. l 16 § 1. ff *de conſtit. pecun. l. 43. ff. de judiciis.*

nem conceſſit perpetuam *l. 2. C. de conſtit. pecun.* contra conſtituentem ad rem quamlibet ex quavis cauſa à ſe, vel alio debitam, *cit. l. 2. C. de conſtit pecun. §. 9. inſt. de act.* certo etiam loco conſtitutam conſequendam; modò aliàs pactum ſit validum & utile: quale non eſt, ſi tertium ſoluturum, aut animo ſtipulandi non ſervatâ ſtipulationis formâ factum ſit *l. 1. §. 4. & l. 5. §. 4. ff. de conſtit. pecun.* (e)

## *De rebus creditis, quarum conſideratione datur actio commodati, vel contra: pignoratitia, vel contra: exercitoria, inſtitoria, de peculio: de in rem verſo: quod juſſu.*

### XXXIX.

IN BONÆ FIDEI judiciis, ad quæ conſtat referri judicia de commodato & pignore, *§. 28. inſt. de act. l. 3. § 2. ff. commodati. l. 7. ff. de pignor. l. 6. C. eod.* etiamſi convenit, ut certo loco quid præſtetur, non competit dicta arbitraria actio, quod certo loco. *l. 7. de eo, quod certo loco.* Scilicet inprimis, ſi ut certo loco, vel tempore reddatur Commodatum, convenit, ſufficit actio commodati, quia officio judicis ineſt inſtitutâ hac actione, ut rationem loci vel temporis habeat. *l. 5. ff commodati.* ſi verò ſimpliciter res commodata eſt, ſicut, qui gratuitum determinatum accepit uſum rei eodem finito in ſpecie reſtituendæ (ſivè à Domino, ſivè etiam à fure, aut prædone acceperit) *l. 14. 15. & 16. ff. commodati vel contra.* (f) iſtâ Civili & directâ perſonali actione commodati ad rem, & damni culpâ etiam leviſſimâ. *l. 5. §. 2. l. 18. ff. commodati. §. 2. inſt. quib. mod. re contrah oblig.* qualis & adeſt, ſi incendii caſu res ſuas commodatis præferret, dati compenſationem *l. 5. §. 4 ff. commod. cap. 1. ✠ de depoſito.* regulariter conveniri poteſt; ità ſi expenſas neceſſarias feciſſet intuitu rei commodatæ, aut damnū paſſus, ipſi velut commodatario pleniſſimè cautum eſt de indemnitate per contrariā actionem commodati. *l. 17. §. 3. l. 18. §. 3. l. pen. ff. commodati,* ipſámque etiam rei retentionem, *l. 15. in fin. & l. 59. ff. de furtis.* (g) Idem ſuo ſæpè modo ratione faciendæ reſtitutionis & indemnitatis *arg. l. 6 C. de pignor. act. l. 30. ff. eod. & cap. un. ✠ de com. Junct. l. 7 ff. de eo, quod certo loco,* obtinet, ſi per contractum pignoratitiū à debitore res in ſecuritatem debiti ſit tradita creditori, *§. fin. Inſt. quib. mod. re contrah. obl.* naſcitur enim ex hoc contractu pignoratitia actio DIRECTA, civilis & perſonalis, quâ debitor præſertim ſoluto integrè debito, *l. 9. §. 3. l. 11. § 2. & 5. ff. de pignor. act. l. 20. §. 2. eod.* adverſus creditorem agere poteſt, non ſolùm ad rē traditam in ſpecie, *d. §. fin & l. 11 C. de pignor. act.* omnéque commodum ex ea forſan perceptum, cum eo quod intereſt, *l. 9. & l. fin. ff. de pignor. act. l. 5. & 7. C. eod. t. l. 12. §. 1. ff. de diſtract. pign.* reſtituendum ſed etiam ad reſarciendum damnum dolo vel culpâ levi datū. *l. 7 C. de pign. act. l. 5. & 2 ff. commod. & l. 18. pr. ff. eod. t.* (h) Naſcitur & frequenter actio pignoratitia CONTRARIA, quā creditor pro ſua indemnitate debitorē poteſt convenire ad id conſequendū, quod ſibi ex rei oppignoratæ cauſa abeſt. *l. 1. §. fin. l. 16.*

(e) Obſt. *l. 14 § 2. ff. de conſtit pecun. l. 27 § pen. ff. de pactis. l. 8. ff. de acceptilat.*
(f) Obſt. *l. 22. § 1. ff. de furtis.* (g) Obſt. *l. 2. C de reb. credit. l. fin. C de commodato.* (h) Obſt. *l. 13 § 1. ff de pignor. act. Junct. l. 5 § 2. l. 18. ff. commodati vel contra, & § 2. inſt. quib. mod. re contrah. oblig.*

*l.16.* §. 1. *l.* 31. *& 32. ff. de pignor. act.* & in ſpecie, quòd ſumptus neceſſarios, quos circa hujus generis rem fecit, exigere non prohibeatur, exprimitur in lege 7. *cit. tit. C. de pignor. act.*

## X L.

DE rigore quidem juris Civilis actio pignoratitia directa, non datur contra tertium à creditore, ejúſque hæredibus diſtinctum; *l.27. ff. de pignor. act. & arg. l. fin. C. ſi vend. pign. ag.* æquitas tamen juris Canonici novam eidem actioni qualitatem induxit, ut & contra tertium agi valeat, *text. in cap. 6.* ꝟ *de pignorib.* qualem quidem qualitatem prætorii juris æquitas ſæpiſſimè in aliis quoque actionibus ſimpliciter perſonalibus, ut contra perſonas à contrahentibus, eorúmque hæredibus diſtinctas, intentari efficaciter poſſint, induxiſſe noſcitur. Sic enim PRIMO, ſi quis in negotio bonæ fidei vel etiam ſtricti juris cum Magiſtro navis, aut inſtitore intra fines ſuæ præpoſitionis contraxerit, perpetuam ei perſonalem actionem prætor accommodat, Exercitoriam, aut Inſtitoriam, contra exercitorem, aut præponentem, § 2. *inſt. quod cum eo, qui in alien. pot. eſt tot. tit, ff. de exercit. & inſtit. act.* licet mortuo præponente etiam conſcius contraxerit. *l.17. §. 2. & 3. ff. de inſt. act. Junct. l.* 11. *pr. ff. eod.* (i) Et Exercitoria quidem actio plerúmque reſpicit negotiationis maritimæ intuitu factos contractus, mercéſq; comparatas, de quarum jactu, ſi hic neceſſitate levandæ navis gratiâ factus ſit, rectè ſtatuit LEX RHODIA, *l.1. & 2. ff. ad l. Rhod. de jactu.* commune detrimentum eſſe & illius cujus merces jactæ, & ejus, cujus ſervatæ. (*k*) SECUNDO, ſi qui filiof. crediderint peculii intuitu, actionem adjectitiæ qualitatis contra Patrem habent de Peculio, *l. 3. §. 2. & 3. l. 27. §. 2. ff. de pecul.* quæ extincto morte, emancipatione, aut aliis modis peculio, annalis eſt. *l. 1. §. 2. ff. quand. act. de pecul. anni. eſt.* niſi actio principalis ſit brevior. *l. 2. ff. eod. tit.* SIMILITER adjectitiæ qualitatis contra Patrem habent de in rem verſo actionem, ſi ex credito meliorem rem Pater habeat, *l. 3 §. 2. & paſſim ff. de in rem verſo.* ſaltem quouſque in rem verſum probabitur. IMO ſubinde poterunt in ſolidum convenire Patrem, ſi JUSSU illius à filiof. itum ſit in creditum. *l. 1. §. 1. l. 3. ff. quod juſſu.* ESTQUE iiſdem creditoribus inſuper conſultum actione Tributoriâ, ſi filiof. in merce peculiari negotianti, quacunque negociatione, non ignorante Patre, *l.1. §. 1 l. 6. §. ult. l. 8. 9. pr. & §. ult. in fin. ff. de trib. act.* ſit creditũ, nempè ad conſequendam juſtam creditores inter & Patrem mercis diſtributionem, aut factæ dolo diſtributionis æqualitatem, *§. 4. Inſt. quod cum eo, qui in alien. l. 7. §. 2. l. 8 ff. de trib. act.* ſecluſo omni Privilegio, *l. 1. pr. l. 5 §. 6. ff. de trib. act. §. 5. inſt. quod cum eo, qui in alien.* præterquam, quod in concurſu concedi ſolet, *l. 5. §. 8. & §. 17. ff de trib. act.* ita, ut creditoribus diverſarum negotiationum, & tabernarum ſalvum ſit diviſionis beneficium, *l. 5. § 15. & 16 ff. de tribut. act.* quod & in noſtratibus per inſtitores mercatoribus rectè admiſeris. *arg. cit. l. 5.* (*l*) Negari interea nequit, in horum creditorum arbitrio poſitum eſſe, malíntne juxta permiſſionem prætorii juris agere contra Patrem ipſum, an verò juxta rigorem juris Civilis contra filiumf. qui ex re, vel de re



(i) Obſt. *l. 12 § 10. ff. l. 15. C. mandati § 10. inſt. eod. l. ult. in fine ff de ſolut. l. 5 § pen. ff. de inſtit. act.*
(k) Obſt. *l. 5. Junct. l. 6 ff. qui pot. & pign.* (l) Obſt. *arg. l. ult. § ult. ff de contrah. empt. Junct. l. 10. § 1. ff. de judiciis, l. 30. ff. de adminiſtr. & peric. tut.*

Patris contraxit. Filius enim ſicut in Patria poteſtate conſtitutus rectè contrahit, ità ſuo quoque nomine, támque fortiter obligatur, *l. 39 ff. de O. & A. l. 3. §. 4. ff. de minor. l. 57 ff. de judiciis*, ut eâdem patriâ poteſtate diſſolutâ obligatus maneat, ac conveniri poſſit, *l. 2 ff. de capite minut.* etiam in ſolidum, *l. 44 ff. de pecul.* Quanquam ſi filium ſic conveniri contingat, ſuam prætor opem eatenus ei præſtet adhuc, ut, ſi conſtiterit, ex bonis paternis, unde ſolidum ſolvatur, vel nihil, vel modicum quid perveniſſe ad ipſum, ſolummodò in id, quod ſalvâ ad ſuam ſuſtentationem competentiâ facere poteſt, condemnari valeat. *l. 2. 3. & 5. §. 1. ff. quod cum eo, qui in alien. Junct. l. 4. ff. eod. & l. 173. ff. de R. J.*

## *De rebus creditis, quarum conſideratione datur actio depoſiti, mandati, pro ſocio.*

### XLI.

QUod verò generatim aſſeritur, filiumf. rectè contrahere, ſpeciatim & opportunè exemplificatur PRIMO in tribus negotiis exuberantis bonæ fidei: Depoſito ſcilicet, Mandato & contractu Societatis. Sanè filiumf. actione perſonali directâ depoſiti ſæpiùs teneri, conſtat; *l. 1. §. 42. ff. depoſ.* ſi mediante reali *§ 3. J. Q. M. R. C. O. l. 1. §. 5. ff de O. & A.* contractu DEPOSITI rem cuſtodiendam gratìs ſuſceperit, *l. 1. in pr. ff. depoſ.* proindéque à deponente conventus, quandocúnque eandem reſtituere tenetur, ſicut alius depoſitarius, *§. ult. J. Q. M. R. C. O. l. 1. § pen. ff. depoſ.* & quandóque duplum, *d. l. 1. §. 1.* ac damna regulariter latâ culpâ rei depoſitæ illata reſarcire, ſivè ea fuerit culpa negligentiæ, ſivè verſutiæ, *l. 32. ff. depoſ. l. 1. §. 5. ff. de O. & A. l. 23. ff. de R. J.* (m) niſi ab initio, quod ſalvâ ſubſtantiâ contractûs depoſiti fieri poteſt, actum fuerit, ut non res in ſpecie, ſed tantundem veniat reſtituendum, *l. 24. 25. §. 1. l. 29. §. 1. ff. depoſ.* (n) Neque tamen ipſi de indemnitate contra deponentem minus cautum eſt actione depoſiti contrariâ. *l. 5. ff. depoſ. l. 65. §. 1. ff. de furtis.* Ubi illud planè addendum, deponentem, hac contrariâ actione damnatum non fieri infamem, *text. in l. 6. § 7. ff. de his, qui not. infam.* fieri autem, prout jam ſupra indicatum eſt, depoſitariũ, ſi in depoſito malè verſatus, & ex directâ actione conventus, ſit ſuo nomine damnatus; *l. 1. & ſeq. l. 6. §. 6. ff. de his, qui not. inf. l. 10 C. depoſ.* quidquid fruſtra aliquam compenſationem, deductionem vel doli exceptionem opponat quaſi & ipſe contra deponentẽ quaſdam actiones perſonales, vel in rem, vel hypothecariam prætendat, *l. 11. C. depoſ. cap. fin.* ⁘ *eod. §. 30. Inſt. de act.* Atque hoc, quia eâ congruâ ratione placuit, ne contractus, qui ex bonâ fide oritur, ad perfidiam retrahatur, *d. l. 11. C depoſ.* eatenus quoque circa contractum conſenſualem *l. 1. ff. mandati.* MANDATI, quo negotium aliquod gratìs gerendum ſuſceptum foret, ſpecialiter obtinet, ut in mandato malè verſatus, ſuóque nomine idcirco damnatus, infamis fiat, *d. l. 1. & l. 6. §. 5. & 6. ff. de his, qui not. inf.* ſivè qui mandatum ſuſcepit, ſivè qui fidem, quam adverſarius ſecutus eſt, non præſtat, ad ſenſum legis *2. §. 1. l. 6. §. 2. l. 10. §. 11. l. 32.*

(m) Obſt. *§ 2. inſt quib. mod. re contrah. oblig. l 72. ff. pro ſocio. l 32. ff. depoſ.* (n) Obſt. *l. 12. ff. de precario. § 2. verſ. commodata J. Q. M. R. C. O. l. 9. in fine, & 10. ff. de reb. cred. l. 1. § 34. ff depoſiti,*

*l. 32. & ſeq. ff. mandati.* nam etiam, ſi Fiddejuſſi pro te, & ſolvi: mandati ſi te condemnavero, famoſum facio. *cit. l. 6 §. 5 ff. de his, qui not. inf.*

### XLII.

IDem ſuo modo obtinet circa contractum conſenſualem Societatis; nam & interdũ famoſa eſt Civilis actio PRO SOCIO, *§ 3. inſt. de pœna temerè litig.* quanquam, quia in ſocietatem non ſuccedit hæres, *cit l. 6. §. 6. ff. de his, qui not. inf.* in hunc ex contractu ſocietatis à ſuo Authore initæ obligatum infamiæ pœna non procedit, prout procedere poteſt in hæredem obligatum ex contractu depoſiti aut mandati. *d. l. & § 6.* Cæterum regulariter dicta actio pro ſocio datur inter ſocios utrimque directa ad præſtationes perſonales, puta rationum editionem, damni & lucri ex re ſocietatis, *l. 1. ff. comm. divid. l. 9. pr. ff. de edendo.* &, ſi univerſalis ſit inita ſociejas, undecúnq; provenientis, *l. 1. §. 1. l. 2. 3. 73 ff. pro ſocio.* communicationem, ſic, ut & dos ab uno ſociorum filiæ conſtituta, ac impenſæ in ſtudia filii factæ æqualiter gravent alium, ſeclusâ omni præceptione, *arg. §. 1. & 3 inſt. de ſociet.* l. 10. *ff. de R. J. l. 19. ff. de ritu nupt.* (o) Quæ omnia eatenus accipe, quatenus contracta eſt ſocietas ſuper re honeſta, & inter perſonas, *l 57. ff. pro ſocio, l. 1. §. 14. ff. de tut. & rat. detrah.* non prohibitas, SIVE Clericos (p) SIVE Laicos: quos SIVE univerſales SIVE particulares ſint ſocii, competentiæ beneficio, *l. 63. pr. ff. pro ſocio.* (q) gaudere, dubium non eſt, ſi judicio pro ſocio eos condemnari contingat.

## *De rebus creditis, quarum perſequendarum cauſa datur actio empti venditi, locati aut conducti.*

### XLIII.

SECUNDO filiumf. æquè, ac patremf. rectè contrahere poſſe exemplificatur benè in duobus aliisbonæ e iã fidei negotiis, Emptione Venditione, & Locatione conductione. Emptio venditio contractus eſt, qui perficitur conſenſu de re pro certo pretio pecuniario tradendâ, *§. 1. inſt. de empt. vendit. & paſs t. t. ff. de contrah. empt.* venítque in hunc contractum res quælibet in commercio exiſtens, quæ à nobis haberi poteſt, *l. 34. §. 1. ff. de contrah. empt.* tum propria, tum aliena, *l. 28 ff. de contrah. empt. arg. l. 15. §. ult. ff. de uſucap.* (r) etiam actio ſivè realis, ſivè perſonalis, *l. ult. C. de hæred. vel act. vend.* (s) uti & hæreditas, non viventis ſed defuncti, eaque vel directa, vel fideicommiſſaria, *l. 1. 16. & paſſ. ff. de hæred. vel act. vend.* ſcilicet ità, ut in caſu venditæ hæreditatis emptor, licet hæres non fiat, *l. 88. ff. de hæred. inſt. l. 7. §. 10. in fin. ff. de minor. 25. ann* vicem tamen hæredis ſuſtineat, *l. 2. §. 18 ff. de hæred. vel act. vend.* gaudeátque jure utili accreſcendi. *arg. l. 2. pr. & §. 9 & 18. ff. de hæred. vel act. vend.* (t) Venditor autem non ad bonitatem, ſed ad ſolam veritatem hæredita-

tis

(o) Obſt. *l. 81 & l. 61 § fin. ff pro ſocio. Junct. arg. à lege 27. ff de ædilit. edict. & à lege 1 § 12. l. 2. § 1. & 4. ff de collat. deſumpto* (p) Obſt *cap pen & ult.* *de vita & honeſt. Cleric.* (q) Obſt. *l. 16. ff. de re judic.*

(r) Obſt *l 1. C de comm. rer. alienat. l 3 C de rei vindic.* (s) Obſt. *l 23 ff de rei vindic. l pen. C de hæred. vel act. vend.* (t) Obſt. *l 83 ff de acquir. vel omitt. hæred. l 43 § 3 ff de vulg. & pupill. ſubſt. arg. l. 17. ff de contrah. empt. l 4 § ult. ff ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. ab inteſt, vel alio modo poſſ. hæred. l 2 § 1. ff. de hæred. vel act. vend.*

tis teneatur: quale quid in caſu venditæ actionis etiam conſtitutum legitur, *l. 1. C. 74 §. ult. ff. de eviction. l. 2. 4. 5. 14. §. 1. l. 15. ff. de hæred. vel act. vend.* (*u*) ſic utique obſervandum, ut, ſi emptor actione tali contra tertium agere velit ad totum debitum conſequendum, oporteat eum eſſe immunem à violatione legis Anaſtaſianæ, de quâ in lege *22. 23. & 24.* C. *mandati.* PORRO ſicut factâ abſolutâ venditione certæ ſpeciei omne ejus periculum, commodum & incommodum ad emptorem pertinet, etiam antè traditionem, *l. 35. § 4. ff. de contrah. empt. §. 3. inſt. de empt. vend. l. 7. 8. ff. l. 1. 4. & ult. C. de peric. & comm. rei vend.* (*x*) ità is ad eam ſpeciem obtinendum pretio ſoluto actione perſonali & directâ empti agere poteſt efficaciter contra venditorem, utpote cui præciſa, eáque rei tradendæ neceſſitas incumbit, ut nec præſtatione intereſſe valeat defungi, *Inſt. de empt. & vend. §. 1. Inſt. de donat §. 2. verſ. ad exemplum venditionis. l. 11. § 2. ff. de act. empt. vend. l. 21. ff. ad L. Corn. de Falſis.* (*y*) niſi venditor fortè extra hanc neceſſitatem conſtituatur per adjectum emptioni venditioni pactum Addictionis in diem, *tot. tit. ff. de in diem addict.* utpote quod ſub conditione reſolutiva (ſub qua pactum legis Commiſſoriæ aliqualiter etiam concipi poteſt, *l. 2. 4. §. 5. ff. de in diem addict. & l. 38. §. ult. ff. ad L. Falcid.*) (*z*) initum venditori facultatem tribuit AUT rem retinendi, oblatóque meliori pretio vendendi alteri: AUT eam, licet tradita foret, repetendi, *l. 4. 5. ff. de in diem addict. l. 3. C. de pact. inter empt. & vend. compoſ.*

## X L I V.

Ultra adjectionem pacti addictionis in diem venditor tamen etiam nanciſci poteſt jus rem jam traditam recuperandi: nimirum ſi venditioni adjectum fuerit pactum de retrovendendo, approbatum utroque jure (prout indicant Lex 12. *ff. de præſcriptis verb. l. 2. C. de pactis inter empt & vend* cap. 5. ✠ *de empt. vend. & cap.* 4. ✠ *de pignor.*) etiam actionis, & quidem ex vendito, quòd contractûs pars ſit, *l. 13. §. 19. & 24. ff. de act. empti. & l. 21. § 4. eod.* (*a*) productivum adeò, ut eo etiam adſtringantur minor & Eccleſia, arg. *l. 13. § 24 ff. de act. empti. l. 16 ff. de adminiſtr. tut. junct. l. 1. C. quand. decret. opus non eſt.* (*b*) Occaſionem rem venditam recuperandi non nunquam nanciſcitur quoque venditor, ſi enormis læſio ultra dimidium intervenerit: hujuſmodi enim læſio locum facit remedio legis 2, *C. de reſcind. vendit.* id eſt, *arg. l. 1. §. pen. in fine, & §. ult. l. 2. 3. 4. ff. de ædilit. edict. l. 6, §. 6. ff. de jure dot. l. 78. & 79 ff. pro ſocio,* actioni venditi ex ipſo contractu venditionis reſultanti, quâ venditor non quidem præciſè ad contractûs reſciſſionem, alternatim tamen VEL reſciſſioné contractûs, & per conſequens reſtitutionem rei, VEL ad iniquitatis pretii correctionem agere contra emptorem poterit. (*c*) Quòd, ſi reus hac actione conventus

(u) Obſt. l 6. ff *de dolo malo* (x) Obſt l. 9 C. *de pignorat. act. Junct* § 3. *in fine inſt. de empt & vend & arg.* l 1 § 2. ff *de act. empt.* l 12. 13. 14. *ff de peric. & comm. rei vend.* l 33 *verſ. nam & ſi vendideris,* ff *locati.* (y) Obſt. l 72. *pr.* l. 75 § 7. *ff de verb. oblig. Junct.* l 13 § 1 *ff de re judic.* § *ult. inſt de verb. oblig.* l 4 C *de act. empt vend.* l. 12. *ff eod.* (z) Obſt. *l. 1. ff de lege commiſſ l. 2. § 3. ff pro emptore.*

(a) Obſt l 2. C *de pactis inter empt & vend Junct l. 1. pr. l 2 & 3. ff de præſcript. verb.* (b) Obſt. *tot. tit* C *de præd. minor. ſignanter l 17 eod. tit.* ✠ *de reb Eccleſ. non alien l. 1 § fin. ff de reb. eor. qui ſub tut.* (c) Obſt. l 16 § 4. *ff de minor. 25. ann. l un.* ff. *de condict. ex lege.* l. 2 C *de reſcind. vend.* l 22. *& 23* ff. *locati.*

ventus non ſupplere defectum juſti pretii, ſed reſtituere rem elegerit, non videtur obligatus eſſe ad fructus medio tempore antè litem conteſtatam perceptos reſtituendos. *arg. l. fin. ff. quæ in fraud. cred. l 203 ff. de reg. juris.* (d) Cæterum licet dicta Lex 2 C. *de reſcind. vend.* ſolius emptionis venditionis meminerit, ejus tamen deciſio rectè extenditur ad omnia bonæ fidei negotia, tùm INNOMINATA, inter quæ refertur Permutatio, arg. *l. fin. ff. de rer. permutat. l. 19. § pen. ff. de ædilit. edict.* tùm NOMINATA, inter quæ quaſi præcipuè hìc venit conſideranda Locatio conductio, quippe quæ emptioni venditioni proxima, iiſdémque juris regulis conſiſtere dicitur, *pr. inſt. de locat conduct.* licet inter alias præprimis hæc differentia inſignis occurrat, quòd in emptione vel dominium, vel certè uſucapiendi conditio in emptorem transferatur, *l. 25. §. ult. l. 80. §. 1. ff. de contrah empt.* in locatione verò etiam temporis longiſſimi non dominium, ſed ſolus rei uſus ad conductorem perveniat, *l. 65. ff. de contrah. empt. l. 39. ff. locati.* nam actio conducti Civilis perſonalis ac directa, quæ huic contra locatorem datur, tendit ad ſolum uſum, non ad dominium, imò nequidem ad veram poſſeſſionem rei. *d. l. 39. ff. & l. 34. C de locat. & conduct.* Ex quo differentia ulterior ſequitur, quod Ædilitium edictum de redhibendo in locatione conductione locum non habeat, *l. 63. ff. de ædilit. edict* (e) prout tamen habet in emptione venditione, *l. 1. ff. de ædilit. edict.*

## *De rebus quibuſdam creditis in ſpecie, quarum intuitu agi poteſt actione redhibitoriâ, æſtimatoriâ, aliâve ad præſtandam evictionem.*

### XLV.

Scilicet in contractum emptionis venditionis (quo nomine non ſolùm contractum in ſpecie ſic nuncupatum conſenſualem de re erga verum pretium pecuniarium tradendâ, ſed alium in genere etiam realem innominatum de re erga aliam loco veri pretii tradendâ, puta permutationem, *l. 19. § 5 ff. de ædilit. edict.* dationē in ſolutum, arg *l. 4. C. de evict.* diviſionem rerum communium, arg. *l. 20. § 3. ff. fam. Erciſ* intelligere licet) frequenter deducuntur res vitio laborantes tali, quo præcognito emptor AUT prorſus non, AUT ſanè non tanti emiſſet. Iſtis deceptionibus obviaturi Ædiles duplicem eo nomine UTILITER prodiderunt actionem, (f) redhibitoriam unam, alteram quanti minoris æſtimatoriam. Utraque perſonalis eſt, & arbitraria, *l. 43. §. pen. ff. de ædilit. edict.* inter quas illud intereſt, quòd redhibitoria intra ſex menſes regulariter inſtituenda ſit, niſi aliud tempus conventione definitum, vel juſta cauſa aliud ſuadeat, *l 19. §. ult. l. 31. §. 22, 23. l. 38. ff. de ædilit. edict* aut ſi venditor de iis, quæ Ædilium edicto comprehenſa, non caverit vel tantum ſubſit vitium in acceſſionibus, *l. 32. 33. ff. de ædilit. edict.* quibus in caſibus intra menſes duos agendum eſt, *l. 28 38 ff. de ædilit. edict.* Quanti minoris autem actio æſtimatoria, utique ab actione civili ſimpliciter æſtimatoriâ perſonali, bonæ fidei, ac perpetuâ, quâ is qui rem æſtimatam vendendam dedit, agere poteſt ad hanc rem incorruptam, aut ſal-

(d) Obſt. l 4 § 4. l. 6. *ff de in diem addict.* l 29 § 2. *ff de ædilit. edict.* l 24 § 4. *ff. de minor. 25. ann.* C *ſi major fact alien. rat. hab.* (e) Obſt. l *antepenult. C. de locat. conduct.* (f) Obſt. l. 19 § 2. *ſive ff. de ædilit. edict.* l. 11 § 3. *ff. de action. empti.*

ſaltem conventam ejus æſtimationẽ, §. 28. *inſt de act. l.1. §.2. ff. de æſtim. act.*) prorſus contradiſtincta, datáque, *l. 61. ff. de ædilit. edict.* ad tantum de pretio reſtituendum, quanti res vendita minoris fuit, VEL annum VEL ſex menſes habet præfinitos: nempè in caſibus, in quibus prior redhibitoria ad ipſam rem contra edictum venditam redhibendam tendens ſex menſibus, hæc anno, quibus verò prior menſibus duobus, hæc ſex circumſcripta eſt, *l. 19. §. ult. l. 28. 38. ff. de ædilit. edict. l. 2. C. eod.* ut tamen, ſi unâ emptor intra ſex menſes egerit, aliâ amplius agere non poſſit, *l. 25 §. 1. ff. de except. rei judic.* (g)

XLVI.

NEc minus frequenter accidit vendi rem alienam, eámque à vero Domino authoritate judicis recuperari: quo caſu ſanè venditor, etſi non convenerit expreſsè, emptori de evictione præſtandâ tenetur, *l. 16. in pr. ff. de evict.* quamvis hic in caſum hunc ſtipulatione duplæ, vel ſimplæ ſibi ſoleat providere, *l. 56. in pr. ff. de evict.* Ut tamen evictionis effectum conſequatur, IMPRIMIS emptor debet tempeſtivè venditori tanquam authori ſuo, licet ſcienti, motam litem, ut eidem aſſiſtat, ſaltem antè ſententiam latam denunciare, *l. 49. ff. de judiciis. l. 29. § ult. l. 53. § 1. l. 74. §. pen. ff. de evict.* (h) nam ſi venditori poſt inſtitutum contra ſe judicium omiſerit, ut rem venditam ſibi defenderet, nunciare, vel contumaciter abſuerit tempore ſententiæ promulgatæ, de Evictione juxta legitimas ſanctiones agere non valebit. *cap. fin. X de empt. vendit.* DEINDE debet eſſe reverâ per ſententiam judicialem ſinè manifeſtâ injuriâ latam evicta, *d. cap. fin. & l. 3. C. de evict.* Atque hæc procedunt, ſi ignorans rem alienam emit, *l. 27. C. de evict.* ſi enim ſciens emit, re evictâ quidem jus ſalvum habere videtur ad repetendum à venditore pretium, arg. *l. 32. ff. ſi cert. pet. l. 14 ff. de condict. indeb.* (i) non ſic tamen ad intereſſe, niſì ſpecialiter eatenus ſibi caveri fecerit, *l. 7. C. comm. utriuſque judicii. l. 27. C. de evict. l. 4. §. 5. ff. de doli mali & met. except.* utì nec ad compenſationem expenſarum litis inſtitutæ, *arg. l. 18. C. 51. pr. 57. ff. de evict. l. 41. ff. locati. l. 19. ff. commodati.* (k) imò nequidem ipſe malæ fidei, aut alius bonæ fidei emptor ſuper puncto evictionis auditur, ſi rem alienam pluribus partibus heterogeneis conſtantem, ſed per averſionem venditam, evinci quoad aliquas partes contingeret, *l. 56. §. 2. ff. de evict. l. 23. §. 1. ff. de uſurpat. & uſucap. l. 1. C. de evict. l. 2. ff. de hered. vel act. vend.*

## *De rerum creditarum acceſſionibus, & in ſpecie uſuris, ac fœnore nautico: earúmque aſſecurationibus per pignoris, aut hypothecæ conſtitutionem factis.*

XLVII.

CUm verò præſtatio Evictionis ritè & juſtè executæ nil ſit aliud, quàm reſarcitio damni totius, quod emptor ob rem ex bonis ſuis evictam ſuſtinuit, facile apparet, contra venditorem non dari actionem ex eo ſolo capite, quod emptor domino

(g) Obſt. l. 43. § 6. l. 48. § 2. *ff. de ædilit. edict.*

(h) Obſt. l. 12. *in fin. ff. de act. empti. cap. 31. de reg. jur. in 6.* l. 11. § *l. 1. ff. de act. empti.* l. 20 § 3. *ff. de Legat. 3.* (i) Obſt. l. 27. C *de evict.* l *pen & ult.* C *de reſcind. vendit* l. 7. C *comm. utriuſque judicii.* l. 17. § 2. *ff. de contrah. empt.* (k) Obſt. l. 74 § 2. *ff. de evict.* l. 75. *ff. de procurat.*

no rem evincenti hanc reſtituere debuerit cum ſuis acceſſionibus ſeu continuis, quales mediante alluvione, aut coalitione fiunt, §. 20. *&* 21. *Inſt. de R. D.* ſeu diſcretis, quales ſunt fructus, *text. in l.* 44. ff. *de R. V. l.* 22. C. *d. t.* præſertim adhuc exſtantes: dari tamen actionem ex illo capite, quòd emptor animadverterit, venditorem accepto pretio uſum eſſe ad lucrum captandum, quo ipſe potiri potuiſſet, ſi pecuniam retinuiſſet. Si enim æquum ſit, ut emptor, ſi fortè nactus rei venditæ, ſed non evictæ poſſeſſionem, ex eâ fructus percepit, partem verò pretii retinuit, hanc partem compellatur reſtituere etiam cum uſuris, quas perceptorum fructuum ratio generavit, *l.* 6. C. *de act. empti.* æquum quoque eſt, ut venditor in caſu evictionis pretium acceptum reſtituat cum uſuris, quas generavit reſtitutorum fructuum, proindéque lucri ceſſantis alteriúſve damni emergentis ratio. Atque has uſuras dum nomino, nolim intelligas eas etiam, quæ odioſâ voce lucratoriæ dicuntur, ſúntque aliud nihil, quàm acceſſio pecuniæ mutuatæ proveniens ex ſolo tempore, inter ejuſdem, ſimiliſve pecuniæ dationem, reſtitutionémq; intercedente: iſtud ſiquidem acceſſorium ſortis lucrum non ſolùm reprobatur JURE NATURALI. *arg. cap.* 4. ꝟ *de uſur. Juncto textu Can.* 4. *XXII. q.* 2. *arg. l* 1. §. 3. ff. *de furt. Junct. text. Can.* 10. *XIV. q.* 4. JURE DIVINO VETERI ac NOVO. *Ezech.* 18. *v.* 10. *Lucæ* 6. *v.* 35. *cap.* 3. *&* 4. ꝟ *de uſur.* CANONICO VETERI ETIAM ac NOVO. *Can.* 2. *diſt.* 47. *Can.* 1. *& ſeq. cauſ.* 14. *q.* 3. *&* 4. *cap.* 1 *& ſeq.* ꝟ *de uſur. Clem.* 1. *d. t. Alexander VII. damnat. Propoſ.* 42. *Innoc. XI. damnat. Propoſ.* 40 41. *&* 42. Sed etiam JURE CIVILI, tum ob legem 9. §. 3. C. *de ſumma Trinit.* Juncto textu *Can.* 8. *XIV. q.* 4. *& capitis* 1. *Nov.* 131. tum ob legem 1. 2. 4 5. *ff. de naut. fœnore. & l.* 60. *ff. pro ſocio. l.* 29. §. 2. ff. *de ædilit. edict.* (*l*) Quin potius illas uſuras intellige, quas ad ſenſum Canonis *fin. XIV. q.* 4. *cap.* 6. *&* 16. ꝟ *de uſur. l.* 29 §. 2. *cit. tit.* ff. *de ædilit. edict. l.* 60. ff. *pro ſocio. l.* 6. §. 1. ff. *de uſur. l.* 23. C. *d. t. l.* 6. *C. de act. empt* dicunt AUT æſtimatorias ſuſcepti periculi de amittendâ ſorte, AUT compenſatorias ejus, quod intereſt ob abſentiam ſortis: AUT punitorias ob commiſſam in reſtitutione ſortis præjudicialem contra pactum conventum dilationem; has enim uſuras ſeu potius quaſi uſuras ob id, quòd verè aut præſumptivè intereſt, permittendas, ac reſpectivè admittendas eſſe, dictat ratio naturalis, probátque præter citata jura etiam textus *in l.* 3. §. *ult.* ff. *de eo, quod cert. loc. l. un. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt.* Atque eo reſpectu ſubſiſtit modus uſurarum in lege 26. C. *de uſur.* præſcriptus, admiſſúmque fœnus nauticum ad 12. pro 100. *t. t.* ff. *de fœn. naut.* (*m*) Cæterum debentur tales uſuræ VEL ex conventione, eáque aut ſtipulatione firmatâ, aut nudâ; VEL ex mora: nempè in ſtrictis judiciis uſurarum exactio ſinè effectu eſt, niſì ſtipulatione ſint promiſſæ, *l.* 10. § 4. ff *mandati. l.* 24. ff. *de præſcript. verb. l.* 1. *&* 3. *C. de uſur.* (*n*) adeò, ut nec litis conteſtatione earum inducatur obligatio, *l.* 1. C. *de condict. indeb. arg. l.* 3. *C. de uſur. l.* 24. ff. *de præſcript. verb.* (*o*) nec præſtatione per annos plures continuatâ. *l.* 7. *C. de uſur. l.* 28.



(l) Obſt. *Deuteron.* 23. *verſ.* 19. *Luca cap.* 6. *verſ.* 35. *& cap.* 19 *eod. l.* 26. *C. de uſuris. Nov.* 121 *&* 13[illegible]
(m) Obſt. *cap. naviganti* 19. ꝟ *de uſuris.* (n) Obſt. *l.* 12 *C l.* 30. 43. *ff de uſur. Nov* 136. *cap.* 5. *l.* 5 § [illegible] *& l.* 7. *ff de naut. fœn.* (o) Obſt *l* 35. 38. § 7. *Junct. l* 34 *de uſur. l.* 31 ff. *de reb. cred. l.* 3 § *ult, l.* 2. §. 6 *de uſur. l.* 2 *&* 3. *C de uſur. rei judic.*

*l.* 28. C. *de pactis.* (p) In bonæ verò fidei judiciis debentur ex pacto nudo contra- contractui in continenti adjecto, & etiam ex fruſtratoriâ ſolutionis, vel faciendæ, vel accipiendæ dilatione, hoc eſt, morâ. *l.* 32. §. 2. ff. *de uſuris. l* 24. *verſ. & eſt quidem* ff *depoſiti.* SIVE ea fuerit mora ex re (q) quam contrahit debitor minoris, Eccleſiæ, Fiſci, qui dotem promiſit, & non ſolvit, *l. ult.* § 2. C. *de jure dot.* qui rem emptam accepit traditam, nec pretium præſtat, *l.* 5. 13 *C. de act. empti.* ac quilibet debitor lapſo die certo vel expreſsè, vel tacitè à lege adjecto, etiam ſinè ulteriore interpellatione. *l.* 12. *C. de contrab. & committ. ſtipul. l.* 114. *ff. de V. O. l.* 2. *C. de jure Emphyt. l.* 3. C. *in quib. cauſ. reſt. in integr. neceſſ. non eſt.* (r) SIVE ex perſona, quæ inducitur ex parte debitoris interpellatione etiam unicâ (s) licet extrajudiciali, opportuno loco & tempore factâ, *l.* 32. *in pr. ff. de uſur. Junct. l.* 89. §. 1. *ff. de verb. ſignif. cap.* 31. *de reg. jur. in* 6. Non tamen omnis dilatio moram parit, utì apparet, ſi perſonæ exigenti tutò ſolvi non poſſit, allegetur aliqua exceptio, aut debitor interpellatus ſit pupillus, *l.* 24 ff. *de verb. oblig.* vel ſi debitor, cum velit ſolvere, non poſſit; aut ex poſt ſuperveniat ſinè culpâ debitoris præſtandæ rei difficultas. *l. ult. ff. de act. empti Junct. l.* 91. §. 1. ff *de verb oblig.* (t)

## XLVIII.

QUocirca providè plures ſibi creditores conſulunt, dum ſtatim, vel poſtea cum debitoribus ſuis, aliiſque pro ipſis intercedentibus pacta ineunt aſſecuratoria, quibus ratione ſortis capitalis, & ejus, quod intereſt, ſecuritatem, indemnitatémque habeant. In numero horum pactorum eſt ILLUD, ut niſi dictâ die ſolvatur debitum, res ſit empta juſto pretio *l.* 16. §. *fin* ff. *de pignor. & hypoth.* (u) TALE etiam ſano ſenſu eſſe poteſt pactum Antichreſeos, *l.* 33. *ff. de pignor. act. arg. l.* 14. *C. de uſur. l.* 11. §. 1. ff. *de pignor. hypoth.* (x) non tamen regulariter pactum Commiſſorium, ſivè in continenti, ſivè ex intervallo adjectum, ne inter debitorem quidem & fidejuſſorem initum. *l.* 3. *C. de pactis pignor.* (y) Porrò obligationi debitoris ſecuritas hypothecaria aut pignoratitia non per EXPRESSAM duntaxat, ſed etiam per tacitam conventionem accedere poteſt. TACITÆ conventionis, & ſic taciti pignoris exemplum datur ſubſcribendo inſtrumento, in quo quis ſcit res ſuas obligari creditori: *l.* 26. §. 1. *ff. de pignor. & hypoth.* (z) AUT paciſcendo, ut non ſoluto intra certum tempus debito, creditori liceat rem certam vendere *l.* 3. §. *ult. ff. qui pot. in pign.* PRÆCIPUA verò pignoris taciti conventionalis ſpecies eſt in invectis, & illatis in prædium urbanum, *l.* 2. 4. 6. & 7. *ff. in quib cauſ. pign. vel hypoth. tacitè contrah. l.* 4 *ff. de pact.* etiam ſupellectile, *arg. cit. ll.* (a) adeò, ut etiam invecta à ſubconductore pri-

(p) Obſt. *l.* 6. ff *de uſur. l* 1. C *de fideicommiſſ.* (q) Obſt. *l.* 88. *ff. de reg. juris. l.* 1 § 1. *l* 32 *ff de uſur. l* 60 ff *pro ſocio.* (r) Obſt. *arg. l* 6. C *de legib. l* 70 *ff de ſolut.* l 17. ff. *de reg. jur.* l. 38 § 16. l 41 § 1. *ff. de verb. oblig. arg. l* 44 § 1. *verſ. placet. ff. de oblig & act.* (s) Obſt. *l.* 32 § 1. *ff. de uſur. l* 38. *ff. de minor.* 25 *ann.* l. 59 § *pen. ff mandati,* l. 122 § 3. ff *de verb. oblig. Nov.* 117. *cap.* 15. (t) Obſt. *l.* 2 § 2. *in fin. verſ. ſed non, & l* 137 § 4 *ff de verb. oblig*

(u) Obſt. *l* 66. *de Legat.* 1. (x) Obſt. *cap* 6. *x de pignorib. cap.* 8. *x de uſur l.* 1 & 2 C *de pignor. act. l.* 1. C *de diſtr. pignor.* (y) Obſt. *l.* 7 § 13. *ff. de pactis l.* 2 C. *de pactis pignor. l.* 34 *ff de pignor. act. l. fin. ff. de contrab. empt.* (z) Obſt. *l.* 39. ff. *de pignorat. act.* (a) Obſt. *l.* 6. *ff. de pign. & hypoth.*

primo locatori teneantur, *l. 11. §. 5 ff. de pign. act.* (*b*) quæ omnia tamen ſecus ſe habent in illatis invectis in prædium ruſticum, *l. 4. ff. & l. 5. C. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tacitè contrah.* (*c*) Imò creditori nequidem de conventione cogitanti lex ipſa, aut conſuetudo ſæpè pignus, aut hypothecam conſtituit. Sic PRIMO lex fiſco tribuit jus tacitæ hypothecæ in bonis adminiſtratorum, *l. 1. C. de jure fiſci.* & eorum, quibuſcum contraxit, *l. 2. C. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tacitè contrah.* nec non in bonis civium pro tributis ac cenſu. *l. 1. C. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. l. 1. C. ſi propt. publ. penſit. l. 7. ff. de publican.* PUPILLIS ac minoribus, & qui his ſimiles ſunt, furioſis, mente captis, prodigis &c. *l. 20. C. de adminiſtr. tut. l. un. §. 1 C. de rei uxor. act. l. 15. §. 1. ff. de curat. furi. & aliis extra minor. l. 19. §. 1. in fine & ll. ſeqq. ff. de reb. auth. jud. poſſid. l. ult. ff. de tut. & rat. diſtrah.* eorúmque hæredibus in bonis tutorum ac curatorum. (*d*) MULIERIBUS ratione dotis ſoluto Matrimonio repetendæ, earúmque hæredibus in bonis mariti, & quidem privilegiatam ante omnes creditores. *l. 12. C. qui pot. in pign. Nov. 97. §. his conſequens, 3. Junct. l. 14. § 3. ff. de diverſ. & tempor. præſcript.* (*e*) LEGATARIUS in rebus defuncti pro legato conſequendo, *l. 1. C. comm. de legat.* CIVITATI in bonis adminiſtrantium res ejus. *l 1. C. quo quiſque ord. conv. arg. l. 4. C. ex quib. cauſ. maj. l. 3. C. de jure reip.* (*f*) MUTUANTI in refectionem ædium. *l. 1. ff. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tacitè. l. 25. ff. de reb. cred.* LIBERIS in bonis vitrici & matris. *l. 6. §. 2. C. de ſecund. nupt. l. 2. C. quand. mulier tut.* MARITO in bonis uxoris, *Nov. 109. cap. 1.* SECUNDO conſuetudo reflexiva ad æquitatem legis, *l 20. C. de adminiſtr. tut. & l. 1. C. quo quiſque ord. conv.* & generalitatē textûs *in cap. 1. ✠ de in integr. reſtit.* tribuit tacitam hypothecam Ecclesiis, aliíſve piis locis in bonis ſuorum adminiſtratorum. Recipit verò pignorationē res quælibet, quæ emptionē venditionem *l. 9. §. 1. ff. de pign. & hypoth. l. 1. §. ult. ff. quæ res pign. vel hypoth. dat. oblig. non poſs.* cum translatione juris in re; inde eſt, quòd res aliena invito Domino obligari nequeat. *l. 6. C ſi alien. res pign. dat. ſit. arg. l. 15 §. 1 ff. de pign. & hypoth.* (*g*) Non uſque adeò tamen rei alienæ pignus inutile eſt, quin ſubinde reconvaleſcat, veluti, ſi pignorans acquirat ejus dominium, *l. 5. C. ſi res alien. pign. dat. ſit. l. 41. ff. de pign. act.* aut vero rei Domino hæres exiſtat, *l. 7. §. 2. ff. ad SC. Maced.* ità, ut non interſit, ſciverit creditor tempore obligationis, an ignoraverit, rem eſſe alienam. *arg. l. 42. ff. de uſurpat. & uſucap. l. pen. ff. de fundo dot.* (*h*) Quamvis autem pignus & hypotheca ſolo nominis ſono differre dicantur, *§ 7. Inſt. de act. l. 5. §. 1. ff. de pign. & hypoth.* cautè tamen actio pignoratitia nata ex contractu



(b) Obſt. *l 24 § 1. ff. locati, l 5. ff in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tacitè contrah.* (c) Obſt *l 1 C de locato, l 5. § 1 ff in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tacitè contrah. & l ult. C eod.* (d Obſt *l 19 § 1 ff. de reb. auth. jud. poſſid. l. 4 ff de adminiſtr. & peric. tut. l pen. § pen ff de ritu nupt. l 1 § 14 ff de magiſtr. conven. l. ult de tut. & rat diſtr. l. ult. ff qui pot. in pign. l ult. ff in quib cauſ pign vel hypoth tacitè, l. 1. §. 9. 10. 11. 12. ff ad L. Corn. de Falſis. l. un C ne tut. vel curat vectig. cond l 49 § 1. ff. locati,* e) Obſt. *l. 2 C de privil. Fiſci, l. un. C de privil. dot. l 17 § 1. l 18 19 ff de reb. auth. jud poſſid* (f) Obſt *l. 16. in fine ff de verb ſignif. arg. l 81. ff de furtis, l. 15 ff ad SCtum Maced.* (g) Obſt *l 28 ff de contrah. empt. Junct. l 9 § 1 ff de pign. & hypoth. & l. 1 § 2. ff quæ res pign vel hypoth dat oblig. non poſs* (h Obſt. *l 1 pr ff. pign & hypoth. arg. l 1. § 1. ff de furtis, l 134 § 1. ff. de reg. jur. l 9 § ult. ff qui pot. in pign. l. 48 ff. de pign. act.*

pignoratitio, civilis & perſonalis, cujus jam pridem memini, diſtinguenda manet ab actione hypothecaria, nata ex jure hypothecæ, ſeu pacto hypothecario, ſeu lege, conſtituto; hæc námque hypothecaria, quæ etiam quaſi, vel utilis ſerviana, quin & ſubinde ſimpliciter ſerviana dicitur, § *7. inſt. de act. l. 1 §. 2. l 7. 10. 21. §. 1. ff. de pign. & hypoth.* prætoria eſt, & realis, datúrque creditori contra debitorem, ac quemvis pignoris poſſeſſorem, *l. 16. §. 3. ff. de pign & hypoth.* conceſſo tamen poſſeſſori tertio excuſſionis beneficio. *auth. hoc ſi debitor. C. de pignor. deſumptâ ex Nov. 4. cap. 2.* (*i*) in generali ſcilicet, non ſpeciali hypotheca. *Nov. 112. cap. 1. verſ. ut ſi quidem ſpeciales;* Si deniq; creditori debitũ in tempore non ſolvatur, nec pignus aut hypotheca quovis modo, puta luitione, novatione, *l. un. pr. C. etiam ob chirog. pec. retin. poſſe* compenſatione, jurejurando ad dilationem, aut relationem præſtito, *l. 5. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſol.* conſignatâ debiti depoſitione &c. *l. 8. C. de diſtr. pign.* tollatur, (*k*) licet creditori eidem præmiſsâ unâ, vel trinâ denunciatione ſecundum diſtinctionem, quæ eſt in lege *4. ff. de pign. act. l. 4. C. de diſtr. pign.* ſtatim ad alienationem procedere, etiam, ſi debitum annuâ, bimâ trimâ die ſolvendum ſit, poſt moram in primâ penſione ſolvenda commiſſam, *l. 8. §. 3. in fin. ff. de pign. act. l. 12. C. de contrah. & committ. ſtipul. Junct. l. 40. ff de reb. cred.* (*l*) modò diſtractio fiat ſolenniter auctione publicâ. *l. 1. ult. C. de jure dom. impetr. l. 9. C. de diſtract. pign.*

## *De probationibus per inſtrumenta & teſtes, & præſumptionibus factorum occurrentium circa res creditas, eorúmque uti, & juris eatenus applicandi ignorantiâ.*

## XLIX.

VErum enim verò cum negari nequeat, antequam ad hujuſmodi diſtractionem procedatur, multas occurrere difficultates ſuperandas ſuper quæſtionibus tùm juris, tùm facti; dum ſæpè & hoc, & illud ignoratur; aut ſi alterutrum, vel utrúmq; cognitum eſt uni, non patet tamen aut negatur ab altero; ſanè & de habendâ probatione cogitandum eſt. Generaliter quidem non ſolùm relatè ad materiam juris pignoris, ſed etiam ad materiam alterius juris in re, vel ad rem dici ſolet, quòd allleganti incumbat obligatio faciendæ probationis, ſive ſit actor, ſivè reus, *l. 1. 2. 19. 21. ff. & l. 1. C. de probat. & præſumpt.* ſivè in negativâ, ſivè in affirmativâ ſe fundet, *l. 5 & 8. ff. de probat. cap. 5* ⁘ *de renunciat.* (*m*) ſed hæc generalis regula exceptionem recipit, niſi adverſarii confeſſio ſuperveniens à probando relevet, *l. 1. C. l. 1. & 3 ff. de confeſſ. cap. 2.* ⁘ *eod.* juſtáve præſumptio, *cap. 13.* ⁘ *de præſumpt. l. ult. C. de probat.* (*n*) quæ tamen poſterior ſæpè dicitur iterum cedere veritati per probationem patefactæ. *l. fin. C. ſi min. ſe major. dixerit.* Cæterum ad faciendam probationem inſtrumenta, & teſtes conducunt vi æquali, *l. 15. C. de fide inſtrum.* niſi ſint cenſus, & monumenta publica, ea enim teſtibus potiora, *l. 10 ff. de probat.* aliud eſt de monumentis

(i) Obſt l *10. 14 & 24 C de pignor. & hypoth.* (k) Obſt. l. 2. C *de luit. pign.* (l) Obſt. l. *ult. C. de jure dom. impetr. Junct. § 1. inſt. quib. alien. licet vel non,* l. 8 § *3. in pr. ff. de pignor. act.*

(m) Obſt. l. 23. C *de probat. cap 11.* ⁘ *de probat, cap 23 § 3.* ⁘ *de Elect, & electi poteſt.* (n) Obſt. l. 3. *ff. de pœnis.*

tis privatis, aç præſertim domeſticis, *l. 5. C. de probat.* exemplo ſcilicet pernitioſum eſt, ut ei ſcripturæ credatur, quâ unuſquiſque, etiam Fiſcus, ſibi annotatione propriâ debitorem conſtituit, *l. 6. C. d. t.* prout & domeſtici teſtimonii fides improbatur, *l. 3 C. de teſtib. cap. 24.* ⁖ *eod.* tantum abeſt, ut quis in propriâ causâ, eâ nimirum ex qua aliquod qualecunque notabile ſeu commodum ſperat, ſeu incommodum timet, *l. 1. §. 11. ff. quand. appell.* teſtificari valeat, *l. 10. ff de teſtib. l. 10. C. eod.* Quod verò aſſeritur, in exercendis litibus eandem vim obtinere tam fidem inſtrumentorum, quàm depoſitiones teſtium, *cit. l. 15. C. de fide inſtrum.* non procedit, quoad depoſitiones teſtium ſimpliciter idoneorum, quales eſſe poſſunt variis in cauſis etiam impuberes pubertate proximi, *arg. l. 3. §. 5. & l. 19 §. 1. ff. de teſtib.* (o) ſed teſtium omni exceptione majorum, utpote in quorum duorum, aut trium ore omne verbum ſtare dicitur, plenáque in dictis juratis induci probatio de facto alioquin dubio. *Math. cap. 18. cap. 4. 17. 23. 28. 51.* ⁖ *de teſtib. l. 12. ff. eod. tit.*

L.

DE facto, inquam, alioquin dubio dicitur induci probatio: neque enim de jure neceſſe eſt fidem facere judici, *arg. l. 2. & 7. ff de jur. & facti ign. pr. Inſt. de off. jud. l. 17. C. de jud. cap. 1.* ⁖ *de conſ. & aſſ.* (p) præſertim per ſemetipſum judicaturo ſinè aſſiſtentia Conſiliariorum, aut Aſſeſſorum, quippe qui pleniorem JURIS ſaltē communiter applicabilis ſcientiā habere debet, *Nov 82. cap. 13. & Nov. 126. cap. 1.* (q) non autem FACTI, cujus interpretatio plerumq; etiam prudentiſſimos fallit. *cit. l. 2 ff. de jur. & facti ignor.* Notoria de cætero regula eſt, juris quidem ignorantiam cuique nocere, facti verò ignorantiam non nocere, *l. 9. ff. cit. tit.* ſed perdit regula iſta quoque officium ſuum in caſibus tum in eadem lege *9. pr. §. 1. & ſeqq* tum in lege *4. 7. & 8. ff. eod. tit.* relatis, ac præcipuè ſpectantibus aditionem hæreditatis, detractionem quartæ falcidiæ, contractum mutui, condictionem indebiti; quibus utique adjungi poſſunt actus alii SIVE ultimæ voluntatis. *l. 2 3 4. C. eod.* SIVE actus inter vivos, quorum adminiculo jus acquiritur VEL circa rem in humano commercio exiſtentem, arg. *l. 1. §. 9. ff. de his, qui effud. vel dejec. & § 1 cum ſeq. Inſt. de oblig. quæ quaſi ex maleſ. l. 22. ff. de V. O. l. 1. § 2. ff. de pign. act.* VEL circa perſonam obligandam ad aliquam præſtationem perſonalem, & in ſpecie ad contrahendas nuptias: in his enim, æquè ac in aliis actibus limitationem recipiunt communes cum præmemoratâ regulâ parœmiæ ex lege 8 *& 9. C. de jur. & facti ign.* divulgatæ, quod ignorantis, errantiſque nullus ſit conſenſus, & nulla voluntas.

*De ignorantia juris, & facti conſiderabilis circa Sponſalia & Matrimonium, horúmque contra interdictum Eccleſiæ apertè, aut clandeſtinè Contractorum impedimentis.*

L I.

SIc profectò ratione nuptiarum, quas filiusf. etiam ſinè conſenſu ſuorum Parentū,

*Trid.*

(o) Obſt. *l. 1. ff de minor. l. 34 § 2 ff de jurejur. l. 15 § 1. ff de quaſt. Can. 24. XXII. q. 5.*
(p) Obſt. *l. 5. ff. de probat. cap. 10. de conſtit. in 6. Juncta l. 2. ff. de juris & facti ignor.* (q) Obſt. *pr. Inſt. de oblig. quæ ex quaſi maleſ.*

*Trid. Seſſ. 24. de Ref. cap. 1.* (r) non minùs, quàm contractus alios, validè celebrare poteſt, non omnis ignorantia errórve conſenſum excludit requiſitũ ad illas. Quemadmodum enim conſtat ex *cap. un. XXIX q. 1. cap. 2. & fin. ẍ de conjugio ſerv. cap. 1. & ſeq. XXIX. q. 2.* cum errore verſante circa ſubſtantiam, aut ſervilem conditionem Sponſæ incognitæ non ſtare conſenſum ſufficientem: ità patet, eundem ſtare poſſe cum errore circa accidentales qualitates bené notæ Sponſæ liberæ, *d. cap. un. XXIX. q. 1. Junct. arg. l. 11 §. 1. & l. 43. ff. de contrah. empt.* niſi hujuſmodi ignoratæ qualitates redundarent in ſubſtantiam perſonæ: uti PRIMO antecedens ex maleficio, alióve accidente involuntario ſuborta perpetua, etiam tantum reſpectiva (s) impotentia, ob quam mas & fœmina naturaliter concordare nequeant. *cap. 6. ẍ de frigid. & malef.* SECUNDO ligamen voluntarium, quo perſona nullâ laborans impotentiâ adſtrinxit corpus ſuum alteri, & quidem VEL Deo optimo maximo ad perpetuam continentiam illud ſacrando per votum ſolenne caſtitatis, in validâ majoris alicujus ORDINIS ſuſceptione, *Trid. Seſſ. 24. de Ref. matr. Can. 9. cap. 1. & 4. diſt. 32. cap. 1. ẍ qui Cleric. vel vov.* (t) aut in validâ profeſſione RELIGIONIS ab Eccleſia approbatæ, *cap. 3. 5. & ſeq. ẍ qui Cleric. vel vov. cap. un. de voto & voti redempt. in 6. Extrav. un. Joann. XXII. d. t. de voto* emiſſum VEL homini ad individuam vitæ conſuetudiné illud conjungendo per Matrimonium aliquod priùs validum, ſeu ratũ, ſeu jam conſummatum adhuc ſubſiſtens; *cap. 31. ẍ de Sponſal. cap. 3. & cap. fin. ẍ de ſponſ. duor. Trid. Seſſ. 24. citat. Can. 2. l. 1. ff. de his, qui not. inf. l. 2. C. de inceſt. nupt.* nimirum quia perſona ſimili adſcititio Matrimonii, ſeu carnalis, ſeu ſpiritualis, licet ab altero ſui juris homine ignorati, vinculo alligata, ſicut & frigida, nequit eſſe objectum legitimi contractûs Matrimonialis, vel etiam Sponſalitii requirentis hinc marem, inde fœminam, ab omni impedimento præſertim dirimente liberos. Circa quorum conſenſum ad iſtum contractum requiſitum, ſi quid addendum inſuper, equidem adhuc facilè conceſſeris, ad excludendum conſenſum vim, atque metum idem ferè operari, quod error circa ſubſtantiam, cum nihil tam ſit conſenſui contrarium, quàm vis atq; metus. *l. 11. ff. de R. J.* Sed & ideò rationem impedimenti jure uſque adeò naturali Matrimonium, ac Sponſalia dirimentis dixeris habere METUM, gravem ſcilicet, injuſtum, & cauſativum actûs, *cap. 14. 15. 21. 28. ẍ de ſponſal.* (u) puberibus, aut impuberibus incuſſum, *arg. cap. 11. ẍ de deſponſal. impub.* cui Raptum, ſeu violentam abductionem de loco ad locum ſimilis actûs perficiendi causâ attentatam pari ferè ratione junxeris tamdiu, quamdiu rapta perſona non eſt loco tuto reſtituta. *Can. fin. XXXVI. q. 2. Trid. Seſſ. 24. cit. cap. 6. l. un. C. de rapt. Virg. Nov. 143. & Nov. 150.* (x) Neque negaveris, quod ſicut demonſtratio erroris ſubſtantialis circa differentiam perſonæ cogitatæ, ejúſque aut impotentiæ, aut alterius jam nominati impedimenti, præſertim metûs, raptúſque patefacit, nullum reverâ adeſſe conſenſum, ità conditio adjecta contractui ſponſalitio, aut matrimoniali turpis, impoſſibilis, & inprimis contra

(r) Obſt. l. 2. *ff. de ritu nupt.* Can. 1. XXX *q. 5. ubi & C. 4. eod. q. 5. & arg. l. 7 § 1. ff. de Sponſal.* (s) Obſt. *text. cap. 2. XXXIII q. 1. & cap. 5. ẍ de frigid.* (t) Obſt. Can. 13. *diſt.* 31. Can. 8. *diſt.* 28. Can. *fin. diſt. 31. cit.* (u) Obſt *arg. l. 21 § 5. ff quod met. cauſ. cap. 8 & 15. ẍ de jurejur. cap. 3. ẍ de Baptiſm.* (x) Obſt. *cap. 6. & cap. fin. ẍ de rapt. Juncto arg. à contrario Trid. Seſſ. 24. cap. 6.*

tra conjugii ſubſtantiam tendens perſuadeat, deeſſe ſaltem præſumptivè conſenſum ſerium *cap. fin.* ✠ *de condit. appoſ.*

## L I I.

ET hoc prorſus notabile eſt, quod ignorantia etiam invincibilis juris, impedimenta Matrimonii, ac Sponſaliorum impedientia, aut dirimentia introducentis, æquè parùm; quàm facti, aut accidentis, quo ſuppoſito impedimenta ſtringunt ignorantia conferat ad inducendum ſalvandumque matrimonii, aut ſponſaliorum valorem. Enim verò ſi quis IGNORET, juris eſſe pro Sponſalibus validè celebrandis, ut mas & fœmina non ſint minores, quàm ſeptem annis, *cap. un. XXX. q. 2. cap. 4. 5. 13.* ✠ *de deſponſ. impub. cap. un. eod. in 6.* proindéque, etiamſi malitia hanc ætatem videretur ſupplere, antè ſeptennium contractum Sponſalitium de futuro Matrimonio initum eſſe nullum (y) IGNORET juris eſſe ex Trid. Concilio *Seſs. 24. de Ref. matr. cap. 3.* quod hodie, ſecus ac olim ex *cap. un. de Sponſ. in 6.* valida eſſe oporteat Sponſalia, ut exinde naſcatur juſtitia publicæ honeſtatis dirimens matrimonium inter perſonas primo gradu conſanguineas, ſponſum puta, & matrem, filiam aut ſororem ſponſæ; quódque ſponſalibus mutuo etiam conſenſu diſſolutis ea juſtitia perſeveret. *text. in Can. 14. & 15. XXVII. q. 2. & cap. 5.* ✠ *de deſponſ. impub.* (z) IGNORET juris eſſe ex *Can. 2. XXXV. q. 2 & 3. & l. 53. ff. de ritu nupt.* quòd inter perſonas conſanguineas in lineâ rectâ, uti etiam juxta textus in *l. 14. §. fin. de rit. nupt. & l. 4. §. 7. ff. de grad. & aff.* inter perſonas in lineâ rectâ affines quoad omnem gradum: inter conſanguineas verò in lineâ obliquâ quoad quartum incluſivè gradum, *cap. 8.* ✠ *de conſang. & affinit.* & inter affines, ſi ex copulâ illicitâ ſit orta affinitas (a) in lineâ ſimili quoad ſecundum incluſivè gradum, *Trid. cit. Seſs. 24 cap 4.* conſanguinitatis, ac reſpectivè affinitatis ſit irritum Matrimonium. IGNORET juris eſſe ex allegato Concil. Trid. *d. Seſs. 24. cap. 2.* quòd ex Sacramenti Baptiſmi, vel Confirmationis, non tamen Sacramenti Pœnitentiæ, *cap. fin. de cognat. ſpirit. in 6.* adminiſtratione oriatur cognatio ſpiritualis hodiedum duntaxat dirimens Matrimonium inter baptizantem, confirmantem, aut patrinum etiam miniſterio procuratoris levantem, (b) & perſonam baptizatam, aut confirmatam, nec non ejuſdem Parentes proximos: quodque cognatio legalis, quæ oritur ex adoptione perfectâ, *cap. un.* ✠ *de cogn. leg. §. 1. & §. 2. inſt. de nupt. l. 14. 17. 55. ff. de rit. nupt.* ſivè paternitas ſit, ſivè affinitas; illa quidem quoad omnem gradum, *cit. §. 1. inſt. de nupt.* hæc ſaltem quoad quartum gradum. *arg. cap. 8.* ✠ *de conſang. & affinit.* Matrimonium ſemper: ſi verò ſit fraternitas, ſaltem ad tempus durantis adoptionis, *cit. cap. un.* ✠ *de cognat. leg. & §. 2. inſt. de nupt.* dirimat, inter perſonas legali hujuſmodi cognatione junctas. IGNORET juris eſſe item conſuetudinarii ſubindicati aliquo modo in *2. ad Corinth. 6 & Can. 10. XXVIII q. 1.* & hactenus diuturnis moribus apertè firmati, quod ob cultûs Deo præſertim uni, ac incarnato exhibendi diverſitatem nequeat validum eſſe matrimonium inter perſonâ Chriſtianam ex unâ, & perſonam non Chriſtianam ex alterâ partibus. Imò,

ſi

(y) Obſt. l. 14. in pr. ff. de ſponſ. cap. 8. ✠ eod. & arg. cap. 9. ✠ de deſponſ. impub. (z) Obſt. arg. ... de R. J. & Trid. cit. Seſs. & cap. 3. (a) Obſt. text. in Can. 7 & 13. XXXV. q. 2. & 3 & cap. 8. de conſ. (b) Obſt. arg. l. 25. § 1. ff. de adopt.

ſi ambæ perſonæ Chriſtianæ ſint, quòd in locis, ubi Trid. Concilium promulgatum fuit, ex ejuſdem Concilii *cit. Seſſ.24. cap.1.* ſcripto decreto nequeant ipſæ aliter, quàm præſente Parocho, vel alio Sacerdote de ipſius Parochi, ſeu ordinarii licentiâ & duobus, vel tribus teſtibus Matrimonium validè contrahere. Et denique IGNORET, juris eſſe ex *cap. 1. 2. 3. 4. 6. 7. & fin. ✠ de eo, qui duxit in matrim. cap. 1. ✠ de conv. inf. Juncto Can. 5. XXXI. q. 1.* quòd, ſi quis in matrimonium ducat perſonam, quam polluit per adulterium. & complicem commiſſi à ſe conjugicidii, hujuſmodi Matrimonium quantumvis coram Parocho & teſtibus in Eccleſiæ facie contractum, nullatenus ſubſiſtat. (*c*) Certè in hoc caſu ignorantia impedimenti criminis, utì & ignorantia impedimenti clandeſtinitatis, alteriúſve huc uſque memorati, non impediet, quominus contractum Matrimonium tanquam irritum, & invalidum poſſit accuſari: *cit. capp & cap. 3. ac 4. ✠ qui matrim. accuſ.*

## *De pactis dotalibus, donationibus inter Virum & Uxorem, legitimitate ac legitim atione prolium.*

### L I I I.

POrrò matrimonium, validum ſit an invalidum communiter adjunctam habet aliquam dotis, ſeu promiſſionem, ſeu conſtitutionem pro ejuſdem oneribus ſupportandis. *l. 20. C. de jure dot. l. 10 §. 4. ff. d. t.* Hujuſmodi autem promiſſio, ac conſtitutio neceſſitatem habet VEL ex delicto, ſi ſeduxerit quis virginem nondum deſponſatam, dormieritque cum eâ *cap. 1. & 2. ✠ de adult. & ſtupr.* VEL citra delictum ex officio materno, *l. 14. C. de jure dot.* Avito. *l. 79. pr. ff d. t.* & præſertim paterno, *l. fin. C. de dot. promiſſ. l. 5. §. fin. ff. de jure dot.* cujus quidem officii in ordine ad promiſſionem dotis ea habetur ratio, ut promiſſio etiam indefinitè facta à patre; *l. 69. § 4. ff. cit. t. de jure dot.* pro filiâ ſui nondum juris effectâ & inope (filiam enim divitem, & fortè emancipatam, *arg. l. 19. ff. de ritu nupt. Juncto arg. l. 5. §. 7. ff. de agnoſ. & alend. lib. l. 44. & 51. ff. de jure dot.* dotare is non tenetur (*d*)) potius, quàm facta ab extraneo *l. 1. C. de dot. prom.* ſubſiſtat. Cæterum non intereſt, an res in dotem promiſſæ mobiles ſint, an immobibes? corporales, an incorporales? imò propriæ, an alienæ? *l. 6. §. 1. l. 12. §. fin. l. 34. 36. 66. 77. ff. de jure dot. & tot. tit. ff. pro dote.* Oportet tamen ad eum effectum, ut maritus jus dotium. & quod communiter huic juri cohæret, rei dotalis dominium, *pr. inſt. quib alien. lic. l. 7 §. 3 & l. 75. ff. de jure dot. Junct. l. 9. C. de R. V. l. 11. C. de jure dot.* conſequatur, (*e*) accedere aliquam rei promiſſæ traditionem, *l. 13. §. 2. ff. de fund. dot. l. 1. C. de dot. caut. non num.* ac propterea competit marito ad eam rem conſequendam actio civilis perſonalis, ſtricti juris ex ſtipulatu, *l. un. §. 1. C. de R. U. A.* quæ tamen, utì & omnis propriè dicta actio deficit, ſi nulla, ne ſimplex quidem promiſſio acceſſit, etiam reſpectu Patris, contra quem uxor indotata imploratione nobilis officii judicis ſibi proſpicere deberet. *text. in*

(c) Obſt. *arg cap. 2. de conſtit in 6.* (d) Obſt. l. *fin. C de dot. prom.* l. *5. fin ff de jure dot. l. 5 § 1. ff. de agnoſ. vel alend. lib.* (e) Obſt. l. *30 C de jure dot.* l. *16. ff. de reliq. & ſumpt. fun.* l. *4. ff de collat.* L. *§ 1. ff. de minor.*

in l. 5. § 4. ff de jure dot. Illud valdè familiare eſt, ut, ſi dos ſemel conſtituta fuerit ab uxore, maritus faciat aut donationem propter nuptias, in ſecuritatem conſtitutæ ſic dotis §. 3. Inſt. de donat. huícque juxta regulam in *Nov. 97. cap. 1. & 2. & l. 6 pr. C. de ſecund. nupt.* præſcriptam quadantenus commenſuratam: aut ſpeciale pactum dotale ineat ſuper reſtituendâ, aut lucrandâ dote, *t. t. ff. de pact. dot.* quale non valeret, ſi convenerit, ne ſibi ob impenſas in rem dotalem factas neceſſarias agere liceat, *l. 5. §. 2. ff. de pact. dot.* vel ne uxori unquam dotis repetendæ facultas ſupereſſe debeat, *l. 11. §. 1. & l. 16. ff d. t. de pact. dot.*

LIV.

MOribus quoque apud nos receptum eſt, ne inter virum & uxorem donationes valerent. Hoc autem receptum eſt, ne mutuo amore invicem ſpoliarentur, *l. 1. ff. de donat. inter vir. & uxor.* nec eſſet eis ſtudium liberos potius educandi, *l. 2. ff. d. t.* & quidem quod attinet amorem, is utique quovis meliore modo fovendus eſt, nihilominus quia ei nullatenus præjudicat donatio reciproca, aut remuneratoria citra cauſam mortis facta, *text. in l 7. §. 1 & 2. ff d. t.* & multò minùs donatio mortis cauſa, cujus effectus in tempus ſoluti matrimonii differtur, *l. 9. §. fin. l. 11. pr. l. 10. §. 1. ff. eod* hæc, æquè, ac prior ſubſiſtit de rigore juris, utpote dilata in tempus habile: eíque meritò annumeratur donatio ſimplex ſtante matrimonio facta, & ante mortem non revocata, *cap. fin.* ☧ *de donat. inter vir. & uxor. l. 32. ff. & l. 25. C. eod tit.* uſque adeò, ut nec à donantis hæredibus revocari valeat, licet rei donatæ traditio à defuncto facta non fuiſſet. *Nov. 162. cap 1. pr. & § 1.* (e) Liberos verò quod concernit, planè eis opus, ut donationibus inter Parentes, aut quoad exteros factis modus ſtatueretur; eóque intuitu valdè laudabiliter in lege *1. 2. 5. 7. & fin. C. de inoff. donat.* placuit liberis, ſivè ſuis, ſivè emancipatis actionem concedere ad quinquennium ſubſidiariam, quâ immoderatas & inofficioſas à Parentibus factas donationes alioquin de ſe etiam validas, quatenus iſthæ legitimam diminuunt, à judice reſcindi faciant Parentibus defunctis. Sed hoc utique intelliges de liberis legitimis, quorum nativitas ex matrimonio ſeu vero, *l. 6. ff. de his, qui ſui vel alien jur.* ſeu putativo, *cap. 2 & cap. 14.* ☧ *qui filii ſint legit.* bonâ fide publicè contracto ſuborta immediatam habet, & ordinariam approbationem legis: vel etiam de liberis legitimatis ſivè per matrimonium verum, cujus tanta vis eſt, ut qui antea ſunt geniti, poſt contractum matrimonium legitimi habeantur, *cap. 6.* ☧ *qui filii* ſivè per reſcriptum Principis, *cap. 13.* ☧ *d. tit. qui filii. Nov 89. cap. 9.* quorum nativitas non niſi mediatam extraordinariámque legis aſſiſtentiam habet.

## *De divortiis, dote poſt divortium, aliáve re amotâ reſtituendâ, & ſecundis nuptiis.*

LV.

CÆterum ſicut ſtante matrimonio uxor agere poteſt adverſus maritum actione præjudiciali ad agnoſcendum partum ab ipſa editum, *l 7 § 1. ff de agnoſ. vel al. lib.* & hunc poſtquam agnitus fuerit, alendum

F                                                                                                    unà

(e) Obſ. *l 23. ff. de donat. inter vir. & uxor.*

ūnâ ſecum, *l 5 ff d. t. l 10 ff de his, qui ſui vel alien.* itâ ſoluto per mortem matrimonio, ſi ex marito defuncto prægnantem eſſe ſe affirmaret, causâ juxta normam legis 1 *§ 4. ff de inſpic. ventr. & l 1 § 10. ff. de agnoſ & al. lib.* diſcuſſâ, poteſt petere ventris nomine ſe mitti in poſſeſſionem bonorum à defuncto relictorum, ſic tamen, ut ſi poſtea deprehendatur in ea poſſeſſione eſſe calumniæ causâ, conveniri ipſa ab eo, cujus intereſt, eam miſſionem non eſſe factam & urgeri valeat actione in factum prætoriâ perſonali,& annali quidem ſed famosâ, ad hanc poſſeſſionem cum eo, quanti intereſt reſtituendam, *l 1 § 3. 4. 5 6. ff ſi mul. ventr. nom. in poſſ. l 15. 16. 17. 19. ff de his, qui not. inf.* ſi verò citra calumniam quidem miſſa ſit, ſed poſſeſſionem acceptam in alterum dolosè tranſtuliſſet, perpetuò ad omne intereſſe ex dolosâ translatione reſultans illi, cujus intereſt, *l 1 & l 2. ff ſi ventr nom. mulier,* præſtandum teneatur. Neque incogniti juris eſt, ſivè ſtante matrimonio in caſibus relatis in lege 20 *& l 24 ff ſolut. matrim. l 29 C de jure dot.* ſivè ſoluto matrimonio in caſibus aliis mulierem dotem à ſe conſtitutam & adhuc exiſtentem repetere poſſe, vel rei vindicatione, *l 30. ff d. t. de jure dot.* (*f*) vel actione ex ſtipulatu bonæ fidei, perpetuâ & in hæredes tranſitoriâ, ac valdè privilegiatâ *§ 29 inſt de act l un. § 1. 5 & 13 C de rei uxor. act. l 12 § 1. C qui pot. in pign.* modò parata ſit expenſas neceſſarias, ac præſertim notabiles in eam rem factas refundere. *l 5 & ſeq. ff de expenſ. in res dot fact.* nec convicta forte fuerit res mariti amoviſſe conſilio futuri divortii, aut ſpe mortis, aliáve ſimili ex cauſa, *l 21 & l 24 ff de act rer. amot.* marito enim ejúſque hæredibus compenſationes, (*g*) quæ ad pecuniariam ſaltem cauſam reſpiciunt, ob res amotas & impenſas, *l 15 § 1 ff ſolut matrim* proſunt in judicio de dote repetenda. *arg l fin C de compenſ & l 7 § 1. ff d. t. ſolut matrim.* imò uti expenſarum, itâ rerum amotarum intuitu ei, qui maritus fuerat, ejúſve hæredibus agere licet, ſcilicet, ſi dos tota ſoluta ſit, non habitâ expenſarum ratione, condicendo propter æquitatem id, quod pro expenſis neceſſariis compenſari ſolet, *cit l 5 § pen ff de expenſ in rem dot. fact.* ſique res amotæ fuerint, petendo earum reſtitutionem actione aut directâ, aut utili rerum amotarum prætoriâ perſonali, & perpetuâ, *l 2 C rer. amot l 21 § 5 ff de act. rer. amot* non tamen famosâ, *arg l 2 & l 26 ff d t. Junctâ lege 36 ff de oblig & act.* vel certè inſtituendo actionem de damno, *d l 2 C rer. amot.*

## LVI

MEmorem quoque aliàs oportebat eſſe mulierem, ut, ſi prioribus nuptiis legitimo divortio diſſolutis ad ſecundas nuptias ſibi tranſeundum putâſſet, non nimis feſtinaret intra anni à viri perditione computandi tempus, *l 1. 2. 3 C de ſecund. nupt.* nam ſi anni hujus decurſum antevertente novarum nuptiarum feſtinatione omiſſet luctûs olim conſueti Religionem præſtare viro priori, ex jure quidem notiſſimo fiebat infamis; præterea ſecundo viro ultra tertiam bonorum ſuorum partem non poterat dare in dotem, neque ei ex teſtamento plus, quàm ſimilem partem relinquere: omnium inſuper Hæreditatum, Legatorum, Fideicommiſſorum ſupremâ alterius voluntate relictorum, uti & mortis causâ donationum expers erat; Imò amittebat, quæ prior maritus ipſi ſupremâ voluntate reliquerat: nec hæreditates ab inteſtato, vel legitimas, vel honorarias, niſi poſt tertium gradum ſinebatur vindicare *d. l 1 & 2.* Verùm iſte pœnalis juris Civilis rigor, qui tamen de muliere ſolùm gravida (*h*) procedebat, *l. 11 § 1 ff de his, qui not. inf. Juncto arg d. l § 2.* ſublatus eſt per Canonici juris diſpoſitionem receptam ex *cap pen. & ult X de ſecund. nupt.* ſub qua tamen correctoria diſpoſitione non puto contineri tanquam antiquatas alias etiam juris Civilis conſtitutiones, emanatas in favorem liberorum ex prioribus forſan nuptiis ſuperſtitum, & in ſpecie celeberrimam legem *6. pr. & § 1. cit tit. C de ſecund. nupt* Novellam *2 cap. 1 & 2.* Novellam *22. cap. 29. & cap 25.* & legem *2. C quand. mul. tut off.* uti etiam legem *1. C ubi pupill. educ.* præſertim cum allegata lex 2da *C quando mul. tut off. cum ſeq.* Auth. *Matri & Aviæ:* & Auth. *Sacramentum,* apertiſſimè firmata ſit in textu Capituli *67. X de appellat.* ubi mulier cum ad ſecunda vota tranſiiſſet, narratur deſiiſſe prolium ſuarum tutrix.

(*f*) Obſt. *l 1 § 1. ff de fundo dot.* (*g*) Obſt. *l. un. § 5 C de rei uxor act. Juncto textu Legis 16 § 3 ff de jure dot.* (*h*) Obſt. *text generalis cit. l 1 C de nupt & Nov. 22. cap. 40.*

# F I N I S.